ope sanctuarī. Sicqz cessatuz est a munericō of
ferendis: eo q̄ oblata sufficerent & supabūdarēt.
Feceruntqz dēs corde sapiētes ad explendū op̄
tabernaculi: cortinas decē. & byssō retorta & hya
cinto & purpura. coccoqz bis tincto. ope vario &
arte polymita. Quaz vna hēbat in longitudine
vigintiocto cubitos. & in latitudine q̄tuor. Una
mensura erat omniū cortinaz. Cōiunxitqz corti
nas qnqz alterā alteri. & alias qnqz sibi inuicem
copulanit. Fecit & ansas hyacinctinas in ora cor
tine vni ex vtrōqz latere: & in ora cortine alteri
sib⁹ vt p̄tra se inuicē venirent ansē. & mutuo iūge
rent. Unū & qnquaginta fudit circulos aureos q̄
morderēt cortinaz ansas. & fieret vnu tabernaculū
Fecit & saga vndeclē de pilis capraz: ad copiēdū
rectū tabernaculi. Unū saguz in longitudine ha
bebat cubitos. xxx. & in latitudine cubitus q̄tuor.

Unū mēsure erant oia saga. Quoꝝ qnqz iunctit
seorsuz & sex alia separatū. fecitqz anīas qnqgi
ta in ora sagi vnius: & qnqginta in ora sagi alte
rius vt sibi inuicē iungereb⁹. & fibulas eneas qn
qginta qbus nectareb⁹ tectū vt vnu pallū ex om
nibus sagis fieret. fecit & optorū tabernaculi s̄
pellibus arietū rubricat⁹. aliudqz delup velamen
de pellib⁹ hyacinctinis. fecit & tabulas tabnacu
li de lignis sethim st̄ates. Decē cubitoꝝ erat lon
gitudo tabule vni & vnu ac semis cubituꝝ latitu
do retinebat. Vnde incastrature erat p singulas
tabulas vt altera alteri iungereb⁹. Sic fecit in om
nibus tabnaculi tabulis. Et qbus. xx. ad plagaz
meridianā erat p̄tra aust̄p cum. xl. basibus argē
teis. Vnde basas s̄b vna tabula ponebanſ ex vtra
qz pte anguloꝝ: vbi incastrature lateꝝ in agulis
terminanſ. Ad plagā quoqz tabnaculi q̄ respicit
ad aglonem fecit. xx. tabulas cū. xl. basibus argē
teis duas basas p singulas tablas. Contra occi
dentē vō. i. ad eā ptem tabnaculi q̄ mare respicit
fecit sex tabulas. & duas alias p singlos agulos
tabernaculi retro q̄ iuncte erat a deorsuz vſqz sur
sum. & in vnu apagez piter cerebark. Ita fecit ex
vtrāqz pte p angulos: vt octo essent s̄l tabule et
haberent bases argēteas. xvi. binas. s. bases sub
singulis tabulis. fecit & vectes de ligno sethim.
qnqz ad p̄tinēdas tabulas vnius lateris tabna
culi. & qnqz alios ad alterius lateris coaptadas
tabulas. & ex hos. qnqz alios vectes ad occidēta
lem plagā tabernaculi p̄tra mare. fecit quoqz ve
ctem aliū q̄ p medias tabulas ab agulo vſqz ad
angulū pueniret. Ipsa aut̄ tabulata deaurauit:
fusis basibus eaz argēteis. Et circulos eoz fecit
aureos p quos vectes iduci possent quos & ipsos
laminis aureis opuit. fecit & velum de hyacictō
& purpura. vniculo ac byssō retorta ope polimi
tarior. variū atqz distinctum & q̄tuor columnas
de lignis sethim q̄s cuī capitib⁹ deaurauit: fusis
basibus eaz argēteis. fecit & tētorium in introi
tu tabernaculi ex hyacinto purpura vermiculo
byssōqz retorta ope plumaru & columnas qnqz
cum capitibus suis q̄s opuit auro: baselqz eaz
fudit eneas q̄s & opuit auro.

XXXVII.

f Ecit autem beseleel & arcā de lignis se
thim h̄item duos & semis cubitos in
longitudine & cubituꝝ ac semissim in la
titudine: altitudo quoqz vnius cubiti fuit & dimi
diū: vestiuitqz eā auro purissimo intus & foris. Et
fecit illi coronā aureā p giz pflans q̄tuor annu
los aureos p q̄tuor angulū eius. duos anulos
in latere uno & duos in altero. Vectes quoqz se
cit & lignis sethim quos vestiuit auro & quos mi
sit in annulos q̄ erat in lateribus arce ad portan
dum eam. fecit & ppiciatorū. i. oraculū de au
ro mundissimo duoz cubitoꝝ & dimidiū in longitu
dine & cubiti ac semis in latitudine. Duos etiā
cherubin ex auro ductili: quos posuit ex vtrāqz
parte ppiciatoriū: cherub vnu i summitate vni
d 2

Exodus.

partis. et cherub alterus in summitate pte alterius
duos cherub in singulis summitatibus ppitiam
tum extendentes alas et tegentes ppitiatoriu[m] seq[ue]ntes
mutuo et illud respicientes. Fecit et mensam de li-
gno sethim in longitudine duorum cubitorum: et in la-
titudine vnius cubiti quod habebat in altitudine cu-
bitum ac semissem. Circundeditque eum auro mun-
dissimo et fecit illi labium aureum per gyrum. ipsius la-
bio coronam auream in terra silem quatuor digitorum
et super eandem alteram coronam auream. Fudit et quatuor
circulos aureos quos posuit in quatuor singulorum
singulos pedes mensa portari ipsos quoque vectes
fecit de lignis sethim et circundedit eos auro. Et
vasa ad diversos usus mensa: acetabula. phialas
et cyathos et liburibula ex auro puro. in quo offe-
renda sunt libamina. Fecit et candelabrum ductile
de auro mundissimo. De cuius vecte. calami: cy-
phi. spherulequos ac lilia. pcedebant sex in utroque
latere. Tres calami ex pte una. et tres ex altera.
Tres cyphi in nucis modum per calamos singulos.
spherulequos sicut lilia. et tres cyphi instar nucis in
calamo altero: spherulequos sicut lilia. Equis erat
opus sex calamorum que pcedebant de stipe cande-
labri. In ipso autem vecte erant quatuor cyphi in nu-
cis modum spherulequos per singulos et lilia. et spha-
rulebus duobus calamis per loca tria que simul sex si-
unt calami pcedentes de vecte uno. Et spherule
igis et calami ex ipso crant: vniuersa ductilia ex au-
ro purissimo. Fecit et lucernas septem cum emuncto
rūs suis. et vasā ubi ea quae emuncta sunt extinguae
de auro mundissimo. Talētum auri appendebat
candelabrum cum omnibus vasis suis. Fecit et alta
re thymias de lignis sethim per quadrum singulos
hunc cubitos et in altitudine duos et cuius angulis
pcedebant cornua: vestiuitque illud auro purissi-
mo cum craticula ac parietibus et cornibus. Fecitque
ei coronam aureolam per gyrum et duos annulos aure-
os sub corona per singula latera: ut mittantur in eos
vectes et possint altare portari. Ipsos autem vectes
fecit de lignis sethim. et operuit laminis aureis.
Composuit et oleum ad sanctificationis vnguentum
et thymiamata de aromatibus mundissimis ope
pigmentarii.

XXXVIII

Igitur et altare holocausti de lignis sethi
quoniam cubitorum per quadrum. et triū altitudine
cuius cornua de angulo pcedebant. ope
rebus illud laminis eneis. Et in usum eius parauit
ex ere vasa diuersa: lebetes: forcipes: fuscinulas
vincinos. et ignium receptacula. Craticulaque eius
in modum regis fecit eneam et subter eam in altaris me-
dio arula fusis quatuor annulis per totidem retiacu-
li summitates: ad imitendos vectes ad portandum
Quos et ipos fecit de lignis sethim. et operuit la-
minis eneis. induxitque quae in circulos que in lateri
bus altaris eminebat. Ipse autem altare non erat
solidum sed cauum ex tabulis et intus vacuum.
Fecit et labrum eneum cum basi sua de speculis mulie-

rū quod excubabat in ostio tabernaculi. Fecit et atrium
in cuius australi plaga erat tectoria de byssu re-
torta cubitorum centum columnae cnece viginti cum
basib[us] suis. capita columnarum et tota opis celatura
argentea. Et ad septentrionalē plagam tectoria co-
lumne basilesque et capita columnarum eiusdem mēsure
et opis ac metalli erant. In ea vero plaga quod ad occi-
dētē respicit fuerū tentoria cubitorum quoniamque
ta columnae decē cum basibus suis cnece: et capita co-
lumnarum et tota opis celatura argentea. Proximo con-
tra orientē quinquaginta cubitorum pavit tentoria te-
q[ue]bus. xv. cubitus columnarum triū cum basibus suis
vnum tenebat latitudinem. et in pte altera: quod inter utramque
introitū tabernaculi fecit. xv. et cubitorum erat ten-
toria. columnae tres et bases totidē. Cūcta atria ten-
toria byssus retorta texierat. Base et columnarum su-
ere cnece. capita autem eorum cum cuncta celaturis suis
argentea: sed et ipsas columnas atria vestiuit argen-
to. Et in introitu eius ope plumario fecit tectorius
ex hyacineto: purpura. vniculo ac byssu retorta.
quod habebat. xx. cubitos in longitudine. altitudo
vero quoniam cubitorum erat iuxta mensurā quam cuncta
atria tectoria habebat. Columnae autem in ingressu su-
ere quatuor cum basib[us] eneis: capitaque eorum et celatu-
re argenteae. Paxillos quoque tabernaculi et atrii
per gyrum fecit cneos. Hec sunt insta tabernaculi et atrii
stimonij quae enumerata sunt iuxta pceptū moysi in
cerimonias levitatem per manū rhythamar filii aaron
sacerdotis quod beseleel filius huri filii huri de tribu
iuda. dñs per moysen iubete pplexuerat iuncto sibi
socio ooliab filio achisamech de tribu ban. qui
et ipse artifex lignorum egregius fuit. et polymitarius
atque plumarius ex hyacineto. purpura. vniculo
et byssu. Et auxiliis quod expensum est in ope sanctuariorum
et quod oblatum est in donariis. viginti et nouem talēto-
rum fuit. et septingentorum triginta siclos ad mensu-
ram sanctuariorum. Oblatum est autem ab his quod trāscerit
ad numerum a. xx. annis et supra: de sexcentis tribus
milibus et quingentis quoniamque armatop. Fuerūt p-
tere centū talenta argenti: et quibus oblate sunt ba-
ses sanctuariorum. et introitus ubi velū pcedet. Len-
tum bases facte sunt de talentis: cūcum singulare
tis per bases singulas suppeditati. De mille autem se-
ptingentis et septuaginta quoniamque siclos fecit capita
columnarum quae et ipsas vestiuit argento. Eris quoque
oblata sunt talenta septuaginta duo milia et quoniamque
genti supra sicli: et quibus fuisse sunt bases in introi-
tu tabernaculi testimoniū. et altare eneum cum cra-
ticula sua. oiaque vasa quae ad usum eius pertinent et ba-
ses atrii tam in circuitu quam in ingressu eius. et paxili
tabernaculi atque atrii per gyrum.

XXXIX

In hyacineto vero et purpura vniculo:
ac byssu fecit vestes quod indueret aaron
quoniam misstrabat in sanctis sicut pcepit dñs
moysi. Fecit igitur sup humerale de auro hyacin-
eto et purpura: coccoque bis tinctorum et byssu retorta
ope polymitario. Inciditque bracteas aureas et
extenuavit in filia ut possent torquri cum perox co-

Exodus.

loꝝ sub tegmine: duasqꝝ oras sibi inuicem copula tas in vtroqꝝ latere summittatum et balthem ex eiusdem coloribus sicut p̄ceperat dñs moysi. Pa rauit et duos lapides onychinos astrictos et iclu sos auro. et sculptos arte gemmariis noibꝝ filior̄ israel. Sex nota in lapide uno. et sex in altero iux tam ordinem natuitatis eoz. Posuitqꝝ eos in lateribus suphumeralis in monumentum filior̄ israel sicut p̄ceperat dominus moysi. Fecit et rōnale ope polymito iuxtam opus suphumeralis: ex auro hya cincto. purpura. coocoqꝝ bis tincto et bysso retorta. quadrangulum duplex. mense palmi. et posuit in eo gemmarum ordines quattuor. In pri mo versu erat sardius. topazius. smaragdꝝ. In secundo carbunculus. sapphyrus. iaspis. In ter tio ligurius. achates. et amethystus. In quarto chrysolitus. onychinus et berillus. circundati et inclusi auro per ordines suis. Ipsiqꝝ lapides. xii. sculpti erant nominibus. xii. tribuum isrl: singuli per nomina singulorꝝ. Fecerunt in rationali et cate nulas sibi inuicem coherētes de auro purissimo et duos vincinos. toridēqꝝ annulos aureos. Porro annulos posuerūt in vtroqꝝ latere rōnalis ex quibus penderent due catene auree q̄s inseruerūt vincinis q̄ in suphumeralis angulis eminebant. Hec et an et retro p̄ueniebat sibi ut suphumerales et rationale mutuo necarent: stricta ad balthem et amulius fortius copulata. quos iungebat vitta hyacinctina ne laxa fluenter et a se inuicem mouerentur sicut p̄cepit dñs moysi. Fecerūt quoqꝝ tunica suphumeralis totā hyacinctinam et capitū in superiori pte contra mediū: orangꝝ per gyrum capitiū textilem: deorsū aut ad pedes malapunica ex hyacinto: purpura: vermiculo ac bysso retorta. et tintinnabula de auro purissimo que posuerūt inter malgranata in extrema pte tunice per gyrum: tintinnabulum aut aureum et malapunicum quibus ornatus incedebat pontifex q̄ ministerio fungebatur sicut p̄cepit dñs moysi. Fecerūt et tunicas byssinas ope textili aaron et filius eius. et mitras cum coronulis suis ex bysso: seminalia quoqꝝ linea byssina. cingulum vero de bysso retorta hia cincto. purpura ac vermiculo distinctuz arte plurimaria sicut p̄cepit dominus Moysi. Fecerunt et laminam sacre veneratōnis de auro purissimo scriperuntqꝝ in ea opere gemmario sanctuz domini: et strinxerunt eam cum mitra vitta hyacictina sicut p̄cepit dominus moysi. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi et tecti testimonii. Feceruntqꝝ filii israel cuncta que p̄ceperat dominus moysi et obtulerunt tabernaculum et tectum. et vniuersam suppellectilem: annulos: tabulas: vectes: columnas ac bases. operium de pellibꝝ arrietum rubricatis. et aliud operimentum de hyacintinis pellibus: velū: arcā: vectes: p̄positiōrum mensam cum vasī suis. et p̄positionis pambus. candelabrum: lucernas: et vntensilia earum cum oleo. altare aureum et vnguentum et thymia

ma ex aromatibus et tentorium in introitu taber naculi. altare eneum. retiaculū: vectes et vasā eiō omnia. labrum cum basi sua tentoria atrii et colū nas cum basibus suis. tentorum in introitu atrii funiculosqꝝ illius et parillos. Tibil ex vasī defuit q̄ in ministerium tabernaculi et in tectū federis iussa sunt fieri. Vestes quoqꝝ quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario. Aaron sez et filii eius: obtulerūt filii israel sicut p̄ceperat dominus. Que postquā Moyses cuncta vidit cōplēta: benedixit eis.

XL.

Hocutus est dominus ad Moysen: dicens. Abhinc p̄mo. p̄ma die mensis eriges tabernaculum testimonii. et pones in ea arcā. dimittesqꝝ aī illam velū. et illata mēsa pones sup eam q̄ rite p̄cepta sunt. Andelabrum stabit cum lucernis suis et altare aurēz in quo adoleſ incensum coram arca testimonii. Tētorium in introitu tabernaculi testimonii pones et ante illud altare holocausti. Labrum inter alta re et tabernaculum quod implebis aqua. Circū dabisqꝝ atrium tentorium et ingressum eius. Et a sumpto vocationis oleo vnges tabernaculū cum vasī suis. ut sanctificent altare holocausti et omnia vasā eius labz cum basi sua. Omnia vncitionis oleo p̄scrabis ut sint sancta nōctoꝝ. Applicabisqꝝ Aaron et filios eius ad fores tabernaculi testimonii. et lotos aqua indues sanctis vestibus ut ministrent mihi et vncio eoz in sacerdotium sempiternum pficiat. Fecitqꝝ Moyses oīa que p̄ceperat dominus. Igis mense p̄mo anni secundi. p̄ma die mensis collocatum ē tabernaculum. Ereditqꝝ moyses illud et posuit tabulas ac bases et vectes: statuitqꝝ columnas et expandit tectū super tabernaculum. imposito desup operimento: sic dominus impauerat. Posuit et testimonium in arca seditis infra vectibus et oraculum desup. Cum qz intulisset arcam in tabernaculū testimonii appendit ante eum velum ut explaret dñi iussionem. Posuit et mensam in tabernaculo testimonii ad plagam septentrionalem extra velum: ordinatis coram p̄positionis pambus: sicut p̄ceperat dominus moysi. Posuit et candelabrum in tabernaculo testimonii et regione mense in parte australi: locatus per ordinem lucernis iuxta p̄ceptum domini. Posuit et altare aureum sub tecto testimonii contra velum. et adoleuit super eo incensum aromatum: sicut iusserrat dominus Moysi. Posuit et tentorium in introitu tabernaculi testimonii. et altare holocausti in vestibulo testimonii: offerens in eo holocaustum et sacrificia ut dominus imperauerat. Labrum quoqꝝ statuit inter tabernaculum testimonii et altare implens illud aqua: laueruntqꝝ in eo Moyses et Aaron ac filii eius manus suas et pedes cum egredierentur tectū fedēris ac accederent ad altare: sicut p̄ceperat dominus Moysi. Eredit et atrium per gyrū tabernaculi et altaris ducto in introitu eius tentorio.

d 5

Leuiticus.

Postquam omnia perfecta sunt operuit nubes tabernaculum testimonii, et gloria domini impletum est in eis. Nec poterat Moses ingredi tecum federis nube operiente omnia, et maiestate domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat. Si quādo nubes tabernaculum deserebat, proficiabantur filii israel per turmas suas. Si pendebat desuper, manebant in eodem loco. Nubes quae domini incubabat per diem tabernaculo, ignis in nocte videtibus cunctis populis israel per cunctas mansiones suas.

Explicit Liber Exodi. Incipit vaiebra. idest. liber Leuiticus. Capitulum 1.

Vocavit autem moysen et locutus est ei dominus de tabernaculo testimonii dicens. Loquere filiis israel et dices ad eos: Homo qui obtulerit ex vobis hostias domino de pecoribus. id est de bovis et ovinis, offerens victimas si holocaustum fuerit eius oblatione ac de armento, masculum immaculatum offeret ad osium tabernaculi testimoniū ad placandum sibi dominum. Ponetque super caput hostie manus et acceptabilis erit: atque in expiationem eius proficiens. Immolabitque vitulam coram domino et offerent filii Aaron sacerdos sanguinem eius fundentes per altaris circuitum: quod est ante osium tabernaculi. Detractaque pelle hostie artus in frusta secident sufficienter in altari ignem strue lignorum ante deposita et membra quae sunt cesa desuper ordinantes, caput videlicet et cuncta quae adherent iecori, intestinis et pedibus lotis aqua, adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustum et suauem odorem domino. Quod si de pecoribus oblatione est, de ovinis sive de capris holocaustum: agnum anniculum et absque macula offeret: immolabitque ad latus altaris quod respicit ad aglonem coram domino. Sanguinem vero illius fundent super altare filii aaron per circuitum dividentesque membra: caput et omnia quae adherent iecori et imponent super ligna quibus subiiciens est ignis. Intestina vero et pedes lauabunt aqua et oblata oia adolebit sacerdos super altare in holocaustum et odorem suauissimum domino. Si autem de avibus holocausti oblatione fuerit domino: de turturibus et pullis columbe: offeret eam sacerdos ad altare, et retro ad collum capite ac rupto vulneri loco decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris, vesiculam vero gutturis et plumas priuictus propter altare ad orientem plagam in loco in quo cineres effundi solent. Confringetque ascellas eius et non secabit: neque ferro dividet eam et adolebit super altare lignis igne supposito. Holocaustum est et oblatione suauissimi odoris domino.

11

Aroma cum obtulerit oblationem sacrificii cum domino: simila erit eius oblatione. Fueritque super eam oleum et ponet thus ac seret ad filios aaron sacerdotis. Quoque unius tollit pugillum plenum simile et olei ac totum thus, et ponet memoriale super altare in odorem suauissimum domino. Quod autem reliquum fuerit de sacrificio: erit aaron et filii eius sanctum sacerdotum de oblationibus domini. Cum autem obtuleris sacrificium coctum in cibano de simila, panes scilicet absque fermento et proprios oleo, et lagana azima oleo lita si oblatione tua fuerit de sartagine: simile consperse oleo et absque fermento: divides eam minime et fundes super eum oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificium eque simila oleo consperget quem offeres domino trades manibus sacerdos. Qui cum obtulerit eam tollit memoriale de sacrificio et adolebit super altare in odorem suauitatis domino. Quicquid autem reliquum est, erit aaron et filiorum eius, sanctum sacerdotum de oblationibus domini. Omnis oblatione que offertur domino absque fermento fiet nec quicquam fermenti ac mellis adolebit in sacrificio domini. Primitias tantum corporis offeretis ac munera, super altare vero non imponetur in odorem suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificio sale condies nec auferes sal sacerdotis dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primiaturum frumentarum tuarum domino de spicis adhuc virulentibus torribus eas igni et confringes in modum farris, et sic offeres primitas tuas domino, fundens super ea oleum et thus imponens quia oblatione domini est, de qua adolebit sacerdos in memoriaz muneras pitem farris fracti et olei ac totum thus.

Ilod si hostia pacificorum fuerit eius oblatione: et de bobus voluntari offerre, marem sive feminam immaculata offeret coram domino. Ponetque manum super caput victimae sive que immolabitis in introitu tabernaculi testimoniū. Fundentesque filii aaron sacerdotis sanguinem per altaris circuitum et offerent de hostia pacificorum in oblationem domino adipem qui opit vitalia et quicquid pinguedinis est intrinsecus. duos renes cum adipem quo regunt ilia et reticulum iecoris cum renunculis: adolebuntque ea super altare in holocaustum lignis igne supposito in oblationem suauissimi odoris domino. Si vero de ovinis fuerit eius oblatione et pacificorum hostia sive masculum obtulerit sive feminam immaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit coram domino ponet manum suam super caput victimae sive que immolabitis in vestibulo tabernaculi testimoniū. Fundentesque filii Aaron sanguinem eius per circuitum altaris et offerent de pacificorum hostia sacrificium domino, adipem et caudam totam cum renuncibus et pinguedinem quae operit ventre atque uniuersa vitalia et utrumque renunculum cum adipem quae est iuxta ilia, reticulumque iecoris cum renunculis

Leuiticus.

7 adolebit ea sacerdos sup altare i pabulū ignis
7 oblationis dñi. Si capra fuerit eius oblatio. et
obtulerit eam dño ponet manum suam sup ea
put eius immolabitqz eam in introitu tabernacu
li testimonii. Et fundent filii aaron sanguinem ei
us p altaris circuitum: tollentqz ex ea in pastum
ignis dominici adipem q opit ventrem 7 q regit
vniuersa vita ha. duos renunculos cū reticulo qd
ē super eos iuxta ilia 7 aruinā iecous cū renunci
lis: adolebit ea sup altare sacerdos in alimoniam
ignis 7 suauissimi odoris. Omnis adeps dñi erit
ture ppetuo in generationibus 7 cunctis habita
culis vris: nec sanguinem nec adipem omnino co
medetis.

.III

Licutusqz ē dñs ad Moysen dicēs. Lo
quere filius israel. Anima q peccauerit p
ignorantiam 7 de vniuersis mandatō do
mini que pcepit vt nō fierent quippiā fecerit si sa
cerdos q vinctus ē peccauerit delinquere facies
populum. offeret p peccato suo vituluz immacu
latum dñi. Et adducet illū ad ostium tabernacu
li testimonii coram dñi: ponetqz manum sup ca
put eius 7 immolabit eum dñi. Haeret quoqz de
sanguine vituli inferens illū in tabernaculum te
stimonii. Cunqz intinxerit digitum in sanguine.
asperget eum septies coram dñi: contra velū san
ctuarī: ponetqz de eodem sanguine sup cornua
altaris thymiamatis gratissimi dñi: quod est in
tabernaculo testimonii. Omnem aut reliquum
sanguinem fundet in basim altaris holocausti in
introitu tabernaculi. Et adipem vituli offeret p
peccato tam eum qui vitalia opit: qz omnia q in
trinsecus sunt: duos renunculos 7 reticulum qd
ē supra eos iuxta ilia 7 adipem iecous cū renun
culis sicut offeret de vitulo hostie pacificoz. 7 ado
lebit ea sup altare holocausti. Nellez vero 7 oēs
cerne cum capite 7 pedibus 7 intestinis 7 fimo
7 reliquo corpore offeret extra castra in locum mū
dum vbi cineres effundi solent: incendentqz ea su
per lignoz struem que in loco effusorum cineruz
cremabunt. Quod si omnis turba filioz israel
ignorauerit 7 p imperitiam fecerit quod contra
mandatum domini ē. 7 postea intellexerit pecca
tum suum offeret p peccato suo vitulum. Addu
cetqz eum ad ostium tabernaculi: 7 ponent senio
res pp̄li manus sup caput eius coram dñi. Im
molatoqz vitulo in aspectu dñi. inferet sacerdos
qui vinctus ē de sanguine eius in tabernaculu te
stimonii: tincto digito aspergens septies contra
velum. Monetqz de eodem sanguine in cornibz
altaris quod est coram dñi in tabernaculo testi
monii. Reliquū autes sanguinem fundet iuxta ba
sim altaris holocaustoz quod ē in ostio taberna
culi testimonii. Hęzqz eius adipē tollet 7 adole
bit sup altare sic faciens: 7 de hoc vitulo quomō
fecit 7 p̄s. 7 rogante p eis sacerdote pp̄ti erit
eis dominus. Ip̄m autem vitulum offeret ex ca
stra atqz oburet sicut 7 priorem vitulum: quia est

p peccato multitudinis. Si peccauerit p̄nceps
fecerit vnum e pluribus p ignorantiam quod do
mini lege phibet. 7 postea intellexerit peccatum
suum offeret hostiam coram dñi hircū de capris
immaculatum. ponetqz manum suam sup caput
eius. Cunqz immolauerit eum in loco vbi solet
mactari holocaustū coram dñi: qz p peccato est.
tinget sacerdos digituz in sanguine hostie p pec
cato tangēs cornua altaris holocausti 7 reliquū
fundens ad basim eius: adipem vero adolebit su
pra sicut i victimis pacificoz fieri solet. Rogabit
qz p eo sacerdos 7 p peccato eius 7 dimittet ei.
Quod si peccauerit aia p ignorantiam de popu
lo terre vt faciat qcquā de his q dñi lege phibet
tur atqz delinquit 7 cognoverit peccatum suum
offeret capram immaculatā: ponetqz man⁹ sup
caput hostie qz p peccato ē. 7 immolabit eā in lo
co holocausti. Tolletqz sacerdos 8 sanguine in di
gito suo 7 tangens cornua altaris holocausti. re
liquum fundet ad basim eius. Omnem aut adipē
auferens sicut auferri solet de victimis paci
ficioz: adolebit sup altare in odorem suavitatis do
mino. rogaribz p eo 7 dimittet ei. Si aut de pe
coribus obtulerit victimam p pctō ouem. l. ima
culatam. ponet manum sup caput eius: 7 immo
labit eā in loco vbi solent cedi holocaustoz ho
stie. Sumetqz sacerdos de sanguine eius digito
suo 7 tangens cornua altaris holocausti reliquū
fundet ad basim eius. Omnem quoqz adipē au
ferens sicut auferri solet adeps arietis q immo
latur p pacificis cremabit sup altare incensiz do
mini. rogaribz p eo 7 p peccato eius 7 dimitte
tur ei.

.V

I peccauerit anima 7 audierit vocez iu
rantis. testisqz fuerit qz ip̄e vidit aut cō
scius ē nisi iudicauerit: portabit iniqta
tem suam. Anima que tetigerit aliqd immunduz
sue quod occidit a bestia ē: aut p le mortuū aut
quodlibet aliud reptile 7 oblitera fuerit immundi
tie sue rea ē 7 deliquerit. 7 si tetigerit qcquā de im
mundicia hois iuxta omnem impuritatem q pol
li solet. oblitaqz cognoverit postea siuacebit de
licto. Anima que iurauerit 7 ptulerit labijs suis
vt vel male qd sacerdet. vel bene 7 nō fecerit. 7 id
ipsum iuramento 7 sermone firmauerit: oblitaqz
postea intellexerit delictum suum: agat penitētiā
p peccato 7 offerat de gregibus agnum sue ca
pram. orabitqz p ea sacerdos 7 p peccatis eius.
Si autem nō potuerit offerre pecus offerat du
os turtures vel duos pullos columbas dñi vnu
p peccato. 7 alterum in holocaustū. dabitqz eos
sacerdoti. Qui p̄m offerens p pctō retorque
bit caput eius ad pennulas ita vt collo adhærebat
7 non penitus abrumpaf 7 asperget de sanguine ei⁹
parietem altaris. Quicquid aut reliquum fuerit
faciet distillare ad fundamentum eius: quia p̄o
peccato ē. Alterum vero in holocaustū adolebit
vt fieri solet: rogaribz p eo sacerdos 7 p peccato
d .iii

Leuiticus.

eius et dimitte ei. Quod si non quiverit manus eius duos offerre tortures aut duos pullos colubarum offeret pro peccato suo simile ptem ephi de cunam. Non mittet in ea oleum nec thuris aliqd imponet. quia pro peccato est tradetqz eaz sacerdoti plenum ex ea pugillum bauriens: cremabit su pro altare in monumentuz eius quod obtulerit. rogatis pro illo et expians: reliquam vero pte ipse habebit in munere. Locutusqz est dominus ad moysen dicens. Anima si purificans ceremonias pro errore in his quod dno sunt sanctificate peccauerit: offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus qui emi potest duobus scilicet iuxta pondus sancti arii: ipsumqz quod intulit damni restituet: et qui tam ptem ponet supra tradens sacerdoti qui rogarbit pro eo offerens arietem et dimitte ei. Anima que peccauerit pro ignorantiam feceritqz vnu ex his quod domini lege phibet et peccati rea intellexe rit iniquitatem suam. offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti iuxta mensuram estimationem quod peccati: qui orabit pro eo: quia nesciens fecerit et dimitetur ei: quia pro errorem deliquerit in dno.

Locutusqz est dno ad

VI

moysen dicens. Anima quod peccauerit: et tempto dno negauerit. primo suo depositum quod fidei eius creditum fuerat. vel vi aliqd extorserit. aut calumniam fecerit sive rem perditas inuenierit et inficias ilup peierauerit. et quodlibet aliud ex pluribus fecerit in qbus solent peccare homines quieta delicii. reddet omnia quod pro fraudem voluit obtinere integra. et quantum insup parte domino cui damnum intulerat. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege: et dabit eum sacerdoti iuxta estimationem meturamqz delicti quod rogarbit pro eo coram domino. et dimitte illi pro singulis quod faciendo peccauit. Locutusqz est dno ad moysen dicens. Recipe aaron et filii eius. Hec est lex holocausti. Cremabit in altare tota nocte usqz mane. Ignis ex eodem altari erit. Vesties tunica sacerdos et feminalibus lineis: tollerat cineres quos vorans ignis exsuffit et ponet intra altare spoliabilis poribus vestimentis. induitqz alius efforet eos ex castra et in loco mudiissimo usqz ad fauillaz sumi faciet. Ignis autem in altari super ardebit quem nutrit sacerdos. subuicias ligna mane pro singulis dies. et imposito holocausto de sup adipes adolebit pacificoz. Ignis est iste ppetuus quod nunquam deficit in altari. Hec est lex sacrificii et libamentoz qui offerent filii aaron coram domino et coram altari. Tollent sacerdos pugillum simile que perspersa est oleo et totum thus quod sup simila est: adolebitqz illud in altari. in monumentu oportet suauissimi dno. Reliquam autem pte simile comedet aaron cum filiis suis absqz fermento et comedet in loco sanctuaru tabernaculi. Ideo autem non fermentabis: quod pte eius in dno offeret incensum. Sanctum sacerdotem erit sicut pro petro atqz delicto. Adores tamen stirpis aaron comedet illud. Legitimum

ac sempiternu erit in generationibus viris de sa cristicis domini. Omnis qui tetigerit illa sanctificabit locutusqz est dno ad moysen dicens. Hec est oblationis aaron et filiorum eius quod offerre debent domino in die vunctionis sue. Decimam ptem ephi offeret sile in sacrificio sempiterno. Ad eundem enim mane: et mediuim eius vespe quod in sartagine oleo perspersa friget. Offeret autem eam calidam in odore suauissimi domino sacerdos qui iure prius successerit. Et tota cremabit in altari. Omne nam sacrificium sacerdotum igne consumetur nec quisque premedet ex eo. Locutus est autem dno ad moysen dicens. Loquere aaron et filii eius: Hec est lex hostie pro petro. In loco ubi offeret holocaustum immolabitis coram domino. Sanctum sacerdotem est. Sacerdos qui offeret premedet eam in loco sancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius sanctificabit. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa lauabilis in loco sancto. Vas autem fierile in quo cocta est pringet. Quod si vas eneum fuerit defricabitur et lauabilis ager. Omnis masculus de generi sacerdotali vellet de carnibus eius: quod sanctum sacerdotem est. Hostia namque ceditur pro peccato cuius sanguis inferatur in tabernaculo testimonium ad expiandum in sanctuario: non comedetur sed aburetur igni.

VII

Ecce quoque est lex hostie pro delicto. Sancta huius sacerdotem est. In circo ubi immolabitis holocaustum mactabis et victimam pro delicto. Sanguis eius pro gyrum altaris fundet. Offeret ex ea caudam et adipes quod opit vitalia: duos renulos et pinguedinem que iuxta illa est: reticulus quod iceris cum reniculis et adolebit ea sacerdos super altare. Incensum est domino pro delicto. His masculis de sacerdotali genere in loco sancto vellet his carnis quia sanctum sacerdotem est. Sicut pro peccato offeret hostia ita et pro delicto. Utriusque hostie lex una erit. Ad sacerdotem qui eam obtulerit pertinet. Sacerdos qui offeret holocaustum victimam habebit pellem eius. Et omne sacrificium simile quod coquatur in cibano: et quicquid in craterula vel in sartagine preparatur eius erit sacerdos a quo offeret sive oleo perspersa sive arida fuerint. Luncris filius aaron mensura eorum pro singulis dividetur. Hec est lex hostie pacificorum qui offerunt dominum. Si pro grarum actione oblatio fuerit: offerent panes absqz fermento et per seoles oleo et laganam azyma vincta oleo. coctamqz similam et collardas olei admixtione perspersas. panes quoque fermentatos cum hostia grarum que immolaantur pro pacificis ex qbus unus per initum offeret domino et erit sacerdotis qui fundit hostie sanguinem. Unus carnes eadem premedetur die: nec remanebit ex eis quod usqz mane. Si votu vel sponte quispiam obtulerit hostiam eadem similiter edeat die. Sed et siquid in craterum remanserit vesci licetum est. Quicquid autem tertius inuenierit dies ignis absument. Si quis de carnis victimae pacificorum die tertio premedetur irrita fiet eius oblatio nec prederit offerenti qui

Leuiticus.

potius quecūqz anima tali se edulio p̄taminauerit p̄uarationis rea erit. Laro q̄ aliqd tetigerit immundum nō p̄medet sed p̄buret igni. Qui fu erit mundus vescetur ex ea. Alii polluta q̄ ederit de carnibus hostie pacificoꝝ que oblata est dñs peribit de populis suis et que tetigerit immundi etiam hois vel iumenti sueom nis rei que pollue re pōt et p̄mederit de huicmodi carnibꝝ inter ibit de populis suis. Locutusqz ē dñs ad Moysen dicens: Loquere filii israel. Adipem ouis et bouis et capre non comedetis. Adipē cadaveris morticini et eius animalis quod a bestia captum est habebitis in varios usus. Si quis adipem q̄ offerri debet in incensum domini comedet peribit de populo suo. Sanguineꝝ quoqz omnis aialis nō sumetis in cibo. tam de aubus q̄ de peccatis. Omnis anima que ederit sanguinem: peribit de populis suis. Locutusqz est dominus ad Moysen dicens. Loquere filii israel dicens. Qui offert victimam pacificoꝝ domino: offerat simul et sacrificium. libamēta eius. Tenebit manus adipem hostie et pectusculum. Unqz ambo oblata domino p̄secauerit: tradet sacerdoti. qui adolebit adipem sup altare: pectusculum autem erit aaron et filioꝝ eiꝝ. Armus quoqz dexter de pacificorum hostiis cedet in p̄mitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem et adipem filiorum aaron ip̄e habebit et arnum dextrum in portione sua. Pectusculum. n. elevationis et arnum separationis tuli a filiis israel de hostiis eoꝝ pacificis. et dedi aarō sacerdoti et filiis eius lege ppetua ab omni populo israel. Hec ē vinctio aaron et filiorū eius in ceremoniis dñi: die quo obtulit eos moyses ut sacerdotio fungerentur. et que p̄cepit eis dari dominus a filiis israel religione ppetua in generationibus suis. Ista est lex holocausti et sacrificii. p̄ peccato atqz delicto. et p̄ p̄secratione et pacificoꝝ victimis: quam p̄stituit dñs moysi in mōte sinai quando mandauit filiis israel ut offerent oblationes suas domino in deserto sinai.

VIII
Locutusqz ē dñs ad Moysen dicens. Tolle aaron cū filiis suis: vestes eoy et vunctionis oleum. vitulum p̄ peccato. duos arietes. canistrum cum azymis et congregabis omnem cetu israel ad ostium tabernaculi. fecit Moyses ut dominus impaurat: p̄gregataꝝ omni turba ante fores tabernaculi ait: Iste ē sermo quem iussit dominus fieri. Statimqz obtulit aaron et filios eius. Unqz lauisset eos vestimenta pontificem subucula linea accigenis eum baltheo. et induens eum tunica hyacinthina: et desup humerale imposuit: qd̄ astringens cingulo aptauit et rationali in quo erat doctrina et veritas. Lydari quoqz terit caput et sup eam contra frontem posuit laminā aureā p̄secratā in sanctificatione sicut p̄ceperat ei dñs. Tulit et vunctionis oleum quo limiuat tabernaculū cum omni suppellectili sua. Unqz sanctificatus asp̄gisset alta-

re septem vicibus vnxit illud et omnia vasa eius. labrumqz cum basi sua sanctificauit olco. Quod fundens sup caput aaron vnxit eum et p̄secauit. Filios quoqz eius oblatos p̄secauit: vestimenta tunicae lineis et cinctus balthois: iposuitqz mitras ut iusserat dñs. Obtulit et vitulū p̄ peccato. Cū qz sup caput eius posuisset Aaron et filii eius manus suas immolauit eum hauiens sanguinem et tincto digito tetigit cornua altaris per gyrum. Quo expiato et sanctificato fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. Adipem vero qui erat super vitalia et reticulum i ecclis: duo s̄qz nunculos cum arninalis suis adoleuit sup altare vitulum cum pelle et carnibus et fimo cremans extra castra sicut p̄ceperat dominus. Obtulit et arietem in holocaustum. Super cuius caput cū in posuissent Aarou et filii eius manus suas: immolauit eum et fudit sanguinem eius p̄ circuitum altaris. Ip̄m qz arietē in frustazcidēs caput eiꝝ et artus et adipem adoleuit igni: lotis prius intestinis et pedibus. Totumqz simul arietem incendit sup altare eo q̄ esset holocaustum suavissimi odoris domino sicut p̄ceperat ei. Obtulit et arietē secundum in p̄secrationem sacerdotum. posueruntqz sup caput eius aaron et filii eius manus suas. Quē cum immolasset Moyses sumens de sanguine eius tetigit extremū auricule dextre Aaron et pollicem manus eius dextre: similiter et pedis. Obtulit et filios aaron. Unqz de sanguine arietis i molati tetigisset extreum auricule singulorum dextre et pollices manus ac dextri pedis: reliqui fudit super alterum p̄ circuitum. Adipē vero et caudam omnemqz pinguedinem que operit intestina reticulumqz i ecclis et duos renes cum adipibus suis et armo dextro separauit. Tollens autem de canistro azymor quod erat corā domino panes absqz fermento et colliridam p̄spersas oleo. laganumqz posuit sup adipes et arnum dextrum trahens simul omnia aaron et filii eius. Qui postqz leuauerunt ea coram domino rursum suscepit de manibus eorum. adoleuit super altare holocausti: eo q̄ consecrationis esset oblatio in odorem suavitatis sacrificii domino. Tulitqz pectusculuz eleuans illud coram domino de ariete consecrationis in partem suam. sicut preceperat ei dominus. Assumensqz vnguentum et sanguinem qui erat in altari aspersit super Aaron et vestimenta eius et super filios illius ac vestes eorum. Unqz sanctificasset eos in vestitu suo: precepit ei dices. Coquite carnes ante fores tabernaculi: et ibi comedite eas. Panes quoqz consecrationis edite qui positi sunt in canistro: sicut precepit mihi dominus dicens. Aaron et filii eius comedent eos. Quicquid autem reliquum fuerit de carne et panibus ignis absumet. De ostio quoqz tabernaculi non exhibitis septem diebus usqz ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestre. Septem enim diebus finitur consecratio: sicut

imp̄sentiarum factum est. ut ritus sacrificii p̄ple
retur. Hie ac nocte manebit in tabernaculo obser-
uantes custodias dñi ne moriamini. Sic n. mihi
p̄ceptum ē. Feceruntq; Aaron et filii eius cūcta q̄
locutus est dominus per manum Moysi.

Acto aut̄ octauo die IX

Mvocavit moyses aaron et filios eius ac
maioris natu israel. dixitq; ad Aaron.
Tolle de armento ritulum p̄ petō et ariete in ho-
locaustum vtrūq; immaculatū. et offer illos corā
dño et ad filios israel loqueris. Tollite hircum p̄
petō et vitulum atq; agnū anniculuz et sine macu-
la in holocaustum bouem et arietē p̄ pacificis et i-
molate eos corā dño in sacrificio singulorū simi-
lam sp̄persam oleo offerentes. Hodie. n. dñs ap-
parebit vobis. Tulerunt ergo cuncta q̄ iussérat
Moyses ad ostium tabernaculi: vbi cum omnis
multitudo astaret. ait Moyses: Iste est sermo
quem p̄cepit dominus: facite et apparebit gloria
eius. Et dixit ad aaron: Accede ad altare: et imo-
la p̄ peccato tuo. Offer holocaustum et dep̄care
p̄ te et p̄ populo. Cunq; mactaueris hostiam po-
puli ora p̄ eis sicut p̄cepit dñs. Statimq; aaron
accedens ad altare immolauit vitulum p̄ pecca-
to suo cuius sanguinem obtulerunt ei filii sui. In
quo tingens digitum tetigit cornua altaris: et fu-
dit residuum ad basim eius. Adipemq; et renūcu-
los ac reticulum iecoris q̄ sunt p̄ peccato: adole-
vit sup̄ altare sicut preceperat dominus Moysi.
Carnes vero et pellez eius extra castra conbusit
igni: immolauit et holocausti victimam. Obtule-
runtq; ei filii sui sanguinem eius quem fudit per
altaris circuitum. Ipsam etiam hostia in frustra
peisam cuz capite et membris singulis obtulerūt
que omnia sup̄ altare cremauit igni. lotis aqua p̄
us intestinis et pedibus. Et p̄ peccato populi of-
ferens mactauit hircuz: expiatq; altari fecit ho-
locaustum addens in sacrificio libamenra q̄ pari-
ter offeruntur. et adolens ea sup̄ altare absq; ceri-
moniis holocausti matutini. Immolauit et bouē
atq; arietem hostias pacificas populi. Obtule-
runtq; ei filii sui sanguinem quem fudit sup̄ alta-
re in circuitu. adipem autem bouis et caudā arie-
ris renunculosq; cum adipibus suis et reticulum
iecoris posuerunt sup̄ pectora. Cunq; cremati es-
sent adipes sup̄ altare pectora cox et armos dex-
tros separauit aaron eleuans coram dño sicut p̄ce-
perat moyses. Et extenderet manum ad populum
benedixit ei: sicutq; completis hostiis p̄ peccato et
holocaustis et pacificis. descendit. Ingressi aut̄
moyses et aaron in tabernaculum testimoniu et
incep̄ egressi: benedixerūt populo. Apparuitq;
gloria domini omni multititudi: et ecce egressus
ignis a dño deuorauit holocaustuz et adipes qui
erāt sup̄ altare. Qd cū vidissent turbe: laudare
rūt dñm ruētes in facies suas. X

Kreptisq; nadab et abiu filii aaron thu-
ribulis imposuerunt ignē et incensuz de-

super offerentes coram dño ignem alienū quod
eis p̄ceptum nō erat. Egressusq; ignis a domi-
no deuorauit eos. et mortui sunt coram domino.
Sixitq; moyses ad aaron: Hoc est quod locutus
est dominus. Sanctificabor in his qui appropi-
quant mibi et in p̄spectu omnis populi glorifica-
bor. Quod audiens tacuit aaron. Vocatis autē
moyses mysahel et elisaphan filiis oziel patrii
aaro. ait ad eos: Ite et tollite fratres vros de cō-
spectu sanctuarii et asportate extra castra. Conse-
stiz p̄gentes tulerunt eos sicut iacebant vestitos
lineis tunicis et ciecrūt foras ut sibi fuerat impa-
tum. Locutusq; ē moyses ad aaron et ad eleazar
et ythamar filius ei²: Capita vestra nolite nudar
et vestimenta nolite scindere: ne forte moriamini:
et sup̄ omnem ceterū oriaq; indignatio: fratres ve-
stri et omnis domus israel plangent incendium
quod dominus suscitauit: vos autē non egredie-
mini foras tabernaculi alioquin peribitis. Oleū
quippe sancte vunctionis est super vos. Qui sece-
runt omnia iuxta p̄ceptum Moysi. Dixitq; do-
minus ad aaron: Unum et omne quod inebriare
potest non bibitis: tu et filii tui quando intrabis
in tabernaculū testimonii ne moriamini: quia p̄
ceptum sempiternum est in generationes vras:
et ut habeatis scientiam discernendi inter sanctū
et p̄phanum. inter pollutum et mundum. docetq;
q; filios israel omnia legitima mea que locutus
sum ad eos p̄ manum Moysi. Locutusq; ē moy-
ses ad aaron et ad eleazar et ythamar filios eius
q̄ erant residui. Tollite sacrificium qđ remāsit de
oblaciō dñi et comedite illud absq; fermēto iux-
altare: q̄i sanctū sanctorū ē: comedet autē in loco
sanc̄to qđ datū est tibi et filiis tuis de oblaciōibus
dñi: sicut p̄ceptū est mihi. Pectusculū quoq; qđ
oblaciō est et armū q̄ sepatus ē: edet in loco mun-
dissimo tu et filii tui et filie tue tecū. Tibi. n. et libe-
ris tuis reposita sint de hostiis salutarib; filiis
israel eo q̄ armū et pectus et adipes q̄ cremanū
altari: eleuauerūt corā dño et ptineant ad te et ad
filios tuos lege p̄petua. sicut p̄cepit dñs. Inter-
hec hircū q̄ oblatus fuerat p̄ peccato cuz queret
Moyses exstū reppit: iratusq; p̄tra eleazar et
ythamar filios aaron q̄ remanserāt. ait. Cur nō
comedistis hostias p̄ peccato i loco sancto q̄ san-
cta sancto ē. et data vobis vt portes iniqtatem
multitudinis et roges p̄ ea in p̄spectu dñi: p̄certis
cū de sanguine illius nō sit illatus intra sancta: et
comedere debueratis eā in sanctuario sic p̄ceptū
est mihi. Redit aaron: Oblata est hodie victia
p̄ peccato et holocaustum corā domino: mihi au-
tem accidit quod vides. Quō potui comedere.
Qd cū audisset moyses recepit satisfactionem.

Ocut ē dñs ad moysen et XI
aarō dices. Bicite filius isrl: Custodite
oia q̄ sc̄psi vob ut sim deus vī. Hec sunt
aialia q̄ comedere debetis de cūch aiantib; terre

Rota de cūfudorum

Leuiticus.

Omne quod habet diuisam vngulam et ruminat in pecoribus comedes: Quicq; autem ruminat et h^z vngulam sed non diuidit eā sicut camelus et cetera. non comedetis illud et inter immunda re putabitis. Lyrogillus q; ruminat vngulāq; non diuidit. immundus ē: lepus quoq; nam et ipse ruminat sed vngulam nō diuidit et suis que cum vngulam diuidat nō ruminat. horū carnibus nō ve scemini nec cadauera ptingetus: q; immunda sunt vobis. Hec etiā sunt que gignunt in ags et vesici licitum ē. Omne quod h^z pēnulas et squamas tam in mari q; in fluminib; et stagnis comedetis. Quicquid autem pēnulas et squamas nō h^z eoz que in aquis mouentur et vivunt: abomiable vobis execrandumq; erit. Cartes eoz non comedetis et morticina vitabitis. Luncta que non habet pēnulas et squamas in aquis polluta erit. Hec sunt q; de aubus comedere nō debetis. et vi tanda sunt vobis. Aquilam et gryphū et balyetū et miluum ac vulturez iuxta genus suū: et omne cor uini generis in similitudinem suā: strutionē et noctuam et larum et accipitrem iuxta genus suū: bu bonem et mergulum et ibin et cygnū et onocroca lum et porphyronem. herodionem. et caradzion. iuxta genus suū. vpupam quoq; et vespilionem. Omne de volucribus qd gradit sup quatuor pedes abominabile erit vobis. Quicq; autem ambulat qdam sup quatuor pedes: sed h^z longiora retro crura p que salit sup terram comedere debetis ut ē brach^z in genere suo. et at hac atq; opbi mac: atq; locusta. singula iuxta genus suū. Quicquid aut ex volucribus quatuor tñ habet pedes execrabilis erit vobis. et quicq; morticina eoz tetigerit polluetur et erit immundus vsq; ad vespas et si necesse fuerit ut portet gppiam horū mortuū lauabit vestimenta sua et immundus erit vsq; ad occasum solis. Omne animal quod habet qd vngulam sed nō diuidet eam nec ruminat immundum erit et quicquid tetigerit illud contaminabis. Quod ambulat sup manus ex cunctis animantibus q; incedunt quadrupedia immundum erit. Qui tetigerit morticina eoz polluet vsq; ad vesperum. et qui portauerit huiuscmodi cadauera: lauabit vestimenta sua: et immundus erit vsq; ad vesperum. quia omnia hec immunda sunt vobis. Hec quoq; interpoluta reputabunt de his q; mouentur in terra: mustela et mus et crocodilus. singula iuxta genus suū migale. cameleo. et stellio. et lacerata. et talpa. omnia hec immunda sunt. Qui tetigerit morticina eoz immundus erit vsq; ad vesperum: et sup quod ceciderit quicq; de morticinis eoz polluet. Nam vas ligneum et vestimentū q; pelles et cilicia: et in quocnq; sit opus tingens aqua et polluta erit vsq; ad vesperum et sic p ea mūdabū tur. Vas aut fictile in quod horū quicq; introcederit polluet. et iccirco frangendū ē. Omnis ei bus quē pmedes si fusa fuerit sup eū aq; immundus erit et oē liquens qd bibit de ymverso vase:

immundū erit. Et quicq; de morticinis huiuscmodi ceciderit sup illud immundū erit: sine clibanis sue stropodes destruent et immundi erūt. Fontes vero et cisterne et omnis aq; aggregatio munda erit. Qui morticina eoz tetigerit polluet. Si ceciderit sup fermentū nō polluet eam. Si autem quispiā aq; fermentem p̄fuderit et postea morticinis tacta fuerit illico polluet. Si mortuū fuerit animal quod licet vobis comedere. qui cadauer eius tetigerit immundus erit usq; ad vesperum. Et qui comederit ex eo gppiam sue porta uerit lauabit vestimenta sua et immundus erit usq; ad vesperum. Omne quod reptat sup terrā abominabile erit nec assumet in cibum. Quicq; sup pectus q; drupes gradit et multos hadet pedes sine per humum trahit non comedetis: q; abominabile est. Polite p̄taminare aias vras: nec tangatis q; eoz ne immundi sitis. Ego sum dñs deus vester. Sancti estote: quia ego sanctus sum: ne polluatis animas vras in omni reptili quod mouet super terrā. Ego n. sum dñs q; eduti vos de terra egypti ut essem vobis in deum. Sancti eritis q; ego sanctus sum. Ista ē lex animantium ac volucru^m et omnis aie viventis que mouent in aq; et reptat in terra ut differentes neueritis mundi et imundi et sciatis quid comedere et respuere debeatis.

XII.

Lecutusq; ē dñs ad Moysen dices. Loquere filii israel et dices ad eos. Mulier si suscepto semine pepererit masculum immunda erit septē diebus iuxta dies separationis menstrue. et die octavo circū cideat infantulus: ipsa vero trintatibus dieb^z manebit in sanguine purificationis sue. Et sanctum nō tanget nec ingrediet in sanctuarium dōce impleat dies purgatiōis sue. Sinaut feminā pepererit imuda erit duabus hebdomatib^z iuxta ritū fluxus menstrui. et lxx. dieb^z manebit i sanguine purificationis sue. Cūq; expleti fuerint dies purificationis sue p filio sue p filia deferet agnū animalū in holocaustū et pullū colubē sue turturē p p̄tō ad ostū tabernaculi testimonii. et tradet sacerdoti qui offeret illa coram dño et orabit pro ea et sic mundabit p fluuiō sanguinis sui. Ista ē lex pariētis masculū aut feminam. Ad finē iuenerit manus ei^z nec potuerit offerre agnū simet duas turtures vel duos pullos colubāz. vnu in holocaustuz et alter p peccato. Orabitq; p ea sa cerdos. et sic mundabit.

XIII.

Lecutusq; ē dñs ad Moysen et aaron dices. Homo in cuius cute et carne ouerit diversis coloris sue pustula: aut q; si lucēs gppiam. i. plaga lepro adducet ad aaron sacerdotem vel ad vnum quemlibet filiorū eius. Qui cum viderit lepram in cute et pilos in albuz mutatos colorē ipsamq; spēm lepro humilioē cutē et carne reliqua plaga lepro ē. et ad arbitriū ei^z sepabitur. Sinaut lucis candor fuerit in cute nec humilior carne reliq; et pilis coloris p̄stini et excluder

no d purgatione
p plena menses

Nota de confusione leprosa

Leuiticus.

dum sacerdos septē dieb⁹ ⁊ p̄siderabit die septio
 Et si qd̄em lepra vltra nō creuerit: nec transferit
 in cute p̄o res terminos: rursus recludet eū se
 ptem diebus aliis ⁊ die septimo p̄templabitur:
 Si obscurior fuerit lepra ⁊ non creuerit in cute
 mundabit eam q̄ scabies est lauabitq̄ homo ve
 stimenta sua ⁊ mūdus erit. Qd̄ si postq̄ a sacer
 dote visus est ⁊ redditus munditie iterum lepra
 creuerit adducet ad eum ⁊ imunditie p̄dennabit
 Plaga lepre si fuerit in homine adducetur ad sa
 cerdotem ⁊ videbit eū. Cunq̄ color albus in cu
 te fuerit ⁊ capilloz mutauerit aspectum ipsa quo
 q̄ caro viua apparuerit: lepra vetustissima iudi
 cabit atq̄ molita cuti. Contaminavit itaq̄ eum
 sacerdos ⁊ nō recludet: q̄ p̄spicue immūdicie est
 Sinaut effloruerit discurrens lepra in cute ⁊ ape
 ruerit omnem carnē a capite usq̄ ad pedes quic
 qd̄ sub aspectu oculoz cadit p̄siderabit eū sacer
 dos ⁊ teneri lepra mūdissima iudicabit eo q̄ ois
 in candore versa sit ⁊ idcirco homo mundus erit
 Qn̄ vero caro viens in eo placuerit: tunc sacer
 dotis iudicio polluet ⁊ inter immundos reputa
 bitur. Caro. n. viua si lepra aspergit immunda ē.
 Qd̄ si rursus versa fuerit in alboz: ⁊ totum ho
 minem opuerit: p̄siderabit eum sacerdos ⁊ mun
 dum esse dc̄ceret. Caro autē ⁊ cutis in q̄ vlcus
 natū est ⁊ sanatū. ⁊ in loco vleris cicatrix alba
 appuerit sue rufa adducet homo ad sacerdo
 tem: Qui cū viderit locum lepie humilioe carne
 reliq̄ ⁊ pilos versos in candorem p̄taminabit eū
 Plaga. n. lepre orta est in vlcere. Qd̄ si pilus co
 lonis est p̄stini ⁊ cicatrix s̄b obscura ⁊ vicina carne
terra hostili: sabbatizabit et requiesceret in sabbatis solitudinis sue: eo quod non requieuerit in sabbatis vestris quoniam habitabit in ea. Et qui de vobis remanserint dabo vobis pauorem in coram eorum in regionibus hostium. Terrebit eos sonitus soli volantis et ira fugient quasi gladium. Cadet nullo sequente et coruent singuli super fratres suos quod si bella fugientes. Nemo vestrum inimicis audiet resistere. Peribitis inter gentes et hostiles vos terra consumet. Quod si et de his aliq[ue] remanserint tabescerent in iniqtatibus suis in terra inimicorum suorum et propter peccata patrum suorum et sua affligetur donec perfiteant iniq[ue]tates suas et maiorum suorum quibus pauperi sunt in me: et ambulauerunt ex aduerso mibi. Ambulabo igitur et ego contra eos et inducam illos in terram hostilem. donec erubescat in circuncisa mens eorum. Tunc orabunt pro impie tibus suis et recordabor federis mei quod pepigi cum iacob et ysaac et abraam. Terre quoque me mor ero que cum relecta fuerit ab eis coplacebit sibi in sabbatis suis patiens solitudinem propter illos. Ipsi vero rogabunt pro peccatis suis: eo quod abiecerint iudicia mea et leges meas despixerint Attum etiam cum essent in terra hostili non penitus abieci eos neque sic desperxi ut consumerentur: et irritum facerem pacem meum cum eis. Ego nam non do minus deus eorum et recordabor federis mei postmodum quando eduxi eos de terra egypti in prospectu gentium ut essem deus eorum. Ego dominus deus. Hec sunt iudicia atque precepta et leges quas dedit dominus inter se et inter filios israel in monte sicut per manum moysi.

LXXXVII *O*curusque est dominus ad Moysen dicens.

Mixtusque est filius israel et dices ad eos. Homo quod votum fecerit et spesponderit deo animam suam in estimatione dabit precium. Si fuerit masculus a vicecum anno usque ad sexagesimum annum dabit quinquaginta siclos argenti ad messem sanctuarium. si mulier triginta. A quinto autem anno usque ad vicecum masculus dabit viginti siclos. semina decem. Ab uno mense usque ad annum quintum pro masculo dabit quinque sicli: pro semina tres. Sexagenari et ultra: masculus dabit quindecim siclos. semina decem. Si paup fuerit et estimationem reddere non valebit: stabit coram sacerdote et quantum ille estimauerit et viderit eum posse reddere tantum dabit. Animal autem quod in molari potest domino si quis voverit. sanctum erit et mutari non poterit. id est melius malo nec peius bono. Quod si mutauerit et ipsum quod mutatum est et illud pro quo mutatum est saceratum erit domino. Animal immundum quod immolari domino non potest si quis voverit adducet ante sacerdotem qui diuidans utrum bonum an malum sit statuet precium. Quod si dare voverit qui offert addet super estimationem quantam pretium. Homo si voverit dominum suum et sanctificauerit dominum considerabit eam sacerdos utrum bona an mala sit

et iusta pretium quod ab eo fuerit constitutum: ve nundabitur. Si autem ille qui voverat: voluerit redimere eam dabit quintam partem estimationis supra et habebit dominum. Quod si agrum possessionis sue voverit et se secraverit domino iuxta mensuram fermentis estimabitur precium. Si triginta modus hordei seritur terra quinquaginta si clavis venundetur argenti. Si statim ab anno incipientis jubilei voverit agrum: quanto valere potest tanto estimabitur. Si autem post aliquatum temporis supputabit sacerdos pecuniam iuxtam annorum qui reliqui sunt numerum usque ad iubileum et detrahens ex precio. Quod si voluerit redimere agrum ille qui voverat addet quintam partem estimatione pecunie et possidebit eam. Si autem noluerit redimere se a alteri cui libet fuerit venus datus ultra eum qui voverat redimere non poterit: quia cum iubilei venerit dies sanctificatus erit domino. et possessione secrata ad ius pertinet sacerdotum. Si ager emptus est et non de possessione maiorum sanctificatus fuerit domino. supputabit sacerdos iuxta annorum numerum usque ad iubileum precium et dabit ille qui voverat eum domino. In iubileo autem renuntetur ad porem dominum qui vendiderat eum et habuerat in sorte possessionis sue. Omnis estimatione sicut sanctuarium poterit et vovere. Siue bos siue ovis fuerit domini sunt. Quod si immundum est animal redimet qui obtulit iuxta estimationem suam: et addet quantum partem precii. Si redimere noluerit vendet alteri quantumcumque fuerit ante estimatum. Omne quod domino secrat siue homo fuerit: siue animal: siue ager non veniet nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit secratum. sanctum sanctorum erit domino. Et omnis consecratio que offertur ab homine non redimetur sed morte morietur. Omnes decime terre siue de pomis arborum: siue de frugibus domini sunt. et illi sanctificantur. Si quis autem voluerit redimere decimas suas addet quantum partem earum. Omnia decimorum bouis et ovis et capre que sub passo virga transirent: quicquid decimum venerit sanctificabitur domino non eligetur nec bonum nec malum nec altero commutabitur. Si quis mutauerit: et quod mutatum est: et pro quo mutatum est sanctificabitur domino. et non redimetur. Hec sunt precepta que mandauit dominus Moysi ad filios israel in monte sinai.

ExPLICIT liber Leuiticus. Incipit vaiedaber. id est. Liber Numeri.

Capitulum.

Ocutusqz.

est dñs ad Moyse in deserto sinai in tabernaculo federis: prima die mensis secundi anno altero egressionis egypti ex egypto dicens. Tollite summas vniuersae generationis filiorum israel p cognitiones et domos suas et non nomina singulorum quicquid sexus est masculini a vicesimo anno et supra: omnium virorum fortium ex israel: et numerabitis eas p turmas suas tu et aaron: eruntque vobis scum principes tribuum ac domorum in cognitionibus suis quorum ista sunt nomina. De tribu ruben: ely sur filius sedetur. De tribu symeon salamihel filius surisaddai. De tribu iuda: naason filius amanadab. De tribu ysachar nathanael filius fuerit. De tribu zebulon eliah filius belon. Filiorum autem ioseph de tribu ephraim elisama filius ariamund. De tribu manasse: gamalihel filius phacastur. De tribu beniamin abidan filius gedeonis. De tribu dan abiezzer filius amisaddai. De tribu aser pheguel filius ochran. De tribu gad: heliasaph filius duel. De tribu neptalem abira filius enan. Hi nobilissimi principes multitudinis p tribus et cognitiones suas et capita exercitus israel quos tulerunt moyses et aaron cum omni vulgi multitudo et congregauerunt primo die mensis secundi recessentes eos p cognitiones et domos ac familias et capita et nomina singulorum a vicesimo anno et supra sicut precepit dñs moysi. Numeratis sunt in deserto sinai de ruben primogenito israelis per generationes et familias ac domos suas et nomina capitum singulorum. Omne quod sexus est masculini a vicesimo anno et supra precedentium ad bellum quadraginta sex milia quingenti. De filio symeon p generationes et familias ac domos cognitionum suas recensiti sunt p nomina et capita singulorum. Omne quod sexus est masculini a vicesimo anno et supra precedentium ad bellum quinquaginta nouem milia trecenti. De filio gad p generationes et familias ac domos cognitionum suas recensiti sunt p nomina singulorum a vingt annis et supra omnes qui ad bella pcederent: quadraginta quinq. milia sexcenti quinquaginta. De filio iuda per generationes et familias ac domos cognitionum suas p nomina singulorum a vicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella pcedere recensiti sunt septuagintaquatuer milia sexcenti. De filio ysachar p generationes et familias ac domos cognitionum suas p nomina singulorum a vicesimo anno et supra omnes qui ad bella pcederent. recensiti sunt quinquagintaquatuer milia qudringenti. De filio zebulon p generationes et familias ac domos cognitionum suas recensiti sunt p nomina singulorum a vicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bel-

la pcedere quinquaginta septem milia quadringenti. De filiis ioseph filiorum ephraim p generationes et familias ac domos cognitionum suas recensiti sunt p nomina singulorum a vicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella pcedere quadraginta milia quingenti. Porro filiorum manasse p generationes et familias ac domos cognitionum suas recensiti sunt p nomina singulorum a viginti annis et supra odes qui poterant ad bella pcedere: triginta duo milia ducenti. De filiis beniamin p generationes et familias ac domos cognitionum suas recensiti sunt nominibus singulorum a vicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella pcedere triginta quinq. milia quadrungenti. De filiis dan p generationes et familias ac domos cognitionum suas recensiti sunt nominibus singulorum a vicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella pcedere sexaginta duo milia septingenti. De filiis aser p generationes et familias ac domos cognitionum suas recensiti sunt p nomina singulorum a vicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella pcedere quadraginta milia et mille quingenti. De filiis neptalem p generationes et familias ac domos cognitionum suas recensiti sunt nominibus singulorum a vicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella pcedere quinquaginta tria milia quadrungenti. Hi sunt quos numerauerunt moyses et aaron et duodecim principes israel. singulos p domos cognitionum suas. Fueruntque omnes filii israel p domos et familias suas a vicesimo anno et supra qui poterant ad bella pcedere: sexenta tria milia virorum quingenti quinquaginta. Leuiti autem in tribibus familiae suas non sunt numerati cum eis. Ocutusqz est dñs ad Moysem dicens. Tribu leui noli numerare neque pones summam eorum cum filiis israel sed constitues eos super tabernaculum testimonij et cuncta vesta eius et quid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum et omnia vestimenta eius et erunt in ministerio ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cum p fiscendum fuerit deponent leuite tabernaculum cum castramentanda erigent. Quisque exterius accesserit occidet. Metabuntur autem castra filii israel vnuusqz p turmas et cuneos atque exercitus suum. Porro leuite per gyrum tabernaculi figent tentoriam ne fiet indignatio super multitudinem filiorum israel. et excubabunt in custodijs tabernaculi testimoniū. Fecerunt ergo filii israel iuxta omnia que precepit dñs moysi.

Ocutusqz est dñs ad moysem et aaron dicens. Singuli p turmas signa atque vexilla et domos cognitionum suas castramente tabunqz filii israel p gyrum tabernaculi federis. Ad orientem iudas figent tentoria p turmas exercitus sui: eritque pnceps filiorum ei⁹ naason filius amanadab et ois de stirpe eius summa pugnantium septuagintaquatuer milia sexcenti. Iuxta cum castramentati sunt de tribu ysachar quoruqz pnceps fuit natha-

Numeri

nael filius suar et omnis numerus pugnatorum eius
quoniam in quaero milia quodringenti. In tribu za-
bulon pnceps fuit heliab filius helon: omnisque de
stirpe eius exercitus pugnatorum quinquecenta septem
milia quodringenti. Universi que in castris inde annu-
merati sunt fuerunt centum octoginta sex milia quodrin-
genti et per turmas suas primi egredien-
t. In castris filiorum ruben ad meridianam plagam erit pnceps ely-
sur filii sedetur et cunctus exercitus pugnatorum eius
que numerati sunt quodraginta sex milia quingenti. Ju-
xta eum castrametati sunt de tribu simeon: quorum per
ceps fuit salamihel filius surisaddai: et cunctus exer-
citus pugnatorum eius que numerati sunt quoniam
nonem milia trecenti. In tribu gad pnceps fuit he-
liasphe filius duvel et cunctus exercitus pugnatorum eius
que numerati sunt quodraginta quinqquadam milia sexcen-
ti quinquecenta. Omnes que recensiti sunt in castris ru-
ben centum quoniam milia et mille quodringenti quoniam
quinqquadam per turmas suas in scdlo loco perficiscentur. Le-
uabis autem tabernaculum testimonij per officia leuitarum
et turmas eorum. Quod erigetur ita et deponetur.
Singuli per loca et ordines suos perficiscentur. Ad occi-
dentalē plagam erunt castra filiorum ephraim quorum
pnceps fuit helisama filius ammid. Cunctus exer-
citus pugnatorum eius que numerati sunt: quodraginta
milia quingenti. Et cum eis tribus filiorum manasse,
quorum pnceps fuit gamaliel filius phadassur: cum
eisque exercitus pugnatorum eius que numerati sunt
triginta duo milia ducenti. In tribu filiorum beniam
mum pnceps fuit abidah filius gedeonis et cunctus ex-
ercitus pugnatorum eius que recensiti sunt: triginta
milia quodringenti. Omnes que numerati sunt in ca-
stris ephraim centum octo milia centum per turmas
suas tertium perficiscentur. Ad aglonis ptez castrame-
tati sunt filii dan: quorum pnceps fuit abiezer filius
amisaddai. Cunctus exercitus pugnatorum eius que
numerati sunt: sexaginta duo milia septingenti. Ju-
xta eum fixere tentoria de tribu aser quorum pnceps fuit
phegiel filius ochra. Cunctus exercitus pugnato-
rum eius que numerati sunt quodraginta milia et mille
quingenti. De tribu filiorum neptali pnceps fuit abi-
ra filius enan. Cunctus exercitus pugnatorum eius
quoniam in tribu dan: fuerunt ceterum quoniam incastris
milia sexcenti. et nouissimi perficiscentur. Hic nume-
rus filiorum israel per domos generationum suarum et tur-
mas diuisi exercitus: sexcenta tria milia quingenti quoniam
quinqquadam. Leuitae autem non sunt numerati inter filios
israel. Sic enim precepit dominus moysi. Feceruntque filii
israel in eis omnia quod madauerat dominus. Castrameta-
tis sunt per turmas suas et pfecti per familias ac do-
mos patrum suorum.

III

Hec sunt generationes aaron et moysi in die
quoniam locutus est dominus ad moysen in monte
sinai. et hec nomina filiorum aaron. Primogeni-
tus eius nadab: deinde abiu: et eleazar et ytha-
mar. Hec nomina filiorum aaron sacerdotum que vnci
sunt et quorum replete et pfecte manus ut sacerdo-

tio fungentes. Mortui sunt. n. nadab et abiu eius
offerent igne alienum in aspectu domini in deserto si-
nai absque liberis: facti que sunt sacerdotio eleazar
et ythamar coram aaron pte suo. Locutusque est do-
minus ad moysen dicens. Applica tribum leui: et
fac stare in aspectu aaron sacerdos ut minister est
ei et exhibeat et obseruat quicquid ad cultum pertinet
multitudinis coram tabernaculo testimonij et custo-
diant vas tabernaculi seruientes in ministerio
eius. Dabisque dono leuitas aaron et filius eius qui
bus traditi sunt a filiis israel. Aaron autem et fi-
lios eius postitores super cultum sacerdotum. Externus
qui ad ministrandum accesserit morietur. Locutus
que est dominus ad moysen dicens. Ego tuli leuitas et
filius israel per omni pmo genito quod aperte vulnus in
filii israel: eruntque leuite mei. Deus est n. omne
pmogenitum. Ex quo pcessi pmogenitos in terra
egypti: sanctificauit mihi quocquid pmum nascitur
in israel. Ab homine usque ad petus mei sunt. Ego
dominus. Locutusque est dominus ad moysen in deser-
to sinai dicens. Numerera filios leui per domos pa-
trum suorum et familias omnem masculum ab uno
mense et supra. Numerauit moyses ut precepit
dominus: et inveniunt sunt filii leui per noiam sua: gerson et
caath et merari. Filii gerson: lebni et semeli. Filii mera-
ri: mooli et musi. De gerson fucre familie due: le-
bnitica et semeitica quarum numeratus est populus
sexus masculini ab uno mense et supra septem milia
quingenti. Huius post tabernaculum metabunt ad occi-
dente sibi pncipale heliasphe filio iahel. et habent
excubias in tabernaculo federis ipsum tabernaculum
et opimentum eius tentorium quod trahit ait fores
recti federis et cortinas atrii. tentorium quoque quod
appendit in introitu atrii tabernaculi et quicquid
ad ritum altaris pertinet: funes tabernaculi et oia
vtesilia eius. Cognatio caath habebit populos
amramitas et lessaritas et zebronitas et ozielitas.
Hec sunt familie caathitarum recensite per nomina
sua oes generis masculini ab uno mense et supra
octo milia sexcenti. Habeant excubias sanctuarium
et castrametabunt ad meridianam plagam.
Princepsque eorum erit heliasphe filius oziel et custo-
diant arcam: mesamque et candelabrum altaria et vas
sanctuarium in quibus ministratur et velum. cunctaque
homines superlectilem. Princeps autem pncipum
leuitarum eleazar filius aaron sacerdos erit super
excubitorum custodie sanctuarium. Atvero de mera-
ri erunt populi moolite et musite recensite per noiam
sua oes generis masculini ab uno mense et supra:
sexfamilia ducenti. Princeps eorum suriel filius abiai-
el in plaga septentrionali castrametabuntur. Erunt
sub custodia eorum tabule tabernaculi et vectes: et co-
lumne ac basiles earum. et oia que ad cultum huiusmodi pertinet
columnae atrii per circuitum eorum basili suis et paril-
li eorum furnibus. Castrametabunt ait tabernaculum
federis. id est orientalem plagam. moyses et aaron eorum
filii suis huiusmodi custodi scuarium in medio filiorum

Numeri

israel. Quisq[ue] alienus accesserit morietur. Omnes leuite quos numerauerunt moyses et aaron iuxta preceptum domini per familias suas in genere masculino a mense uno et supra fuerunt vigintiduo milia. Et ait dominus ad moysen. Numeru[m] p[ro]mogenitos sexu masculini de filiis israel ab uno mense et supra et habebitis summam eorum. Tolle[re]t leuitas nubis per omni p[ro]mogenito filiorum israel. Ego sum dominus. Et pecora eorum per uniuersis p[ro]mogenitis pecoru[m] filiorum israel. Recensuit moyses sicut precepit dominus primo genitos filiorum israel et fuerunt masculi per nomina sua a mense uno et supra vigintiduo milia ducenti septuagintatres. Locutusq[ue] est dominus ad moysen dicens. Tolle leuitas per p[ro]mogenitis israel et pecora leuitar[um] per pecoribus eorum eruntq[ue] leuite mei. Ego sum dominus. In principio autem ducentorum septuaginta trium que excedunt numeru[m] leuitar[um] de p[ro]mogenitis filiorum israel accipies quinq[ue] siclos per singula capita ad mensuram sanctuarium. Siclus haec viginti obolos. Dabisq[ue] pecuniam aaron et filii eius per eorum qui supra sunt. Tullit igit[ur] moyses pecuniam eorum qui fuerunt amplius et quos redemerat a leuitis per p[ro]mogenitus filiorum israel: mille trecentorum sexagintaq[ue] siclos iuxta pondus sanctuarium et dedidit eam aaron et filii eius iuxta verbum quod precepit sibi dominus.

III.
Locutusq[ue] est dominus ad moysen et aaron dicens. Tolle summam filiorum caath de medio leuitar[um] per domos et familias suas a trigesimo anno et supra usque ad quinquagesimum annum: omnium que ingrediuntur ut stent et ministrent in tabernaculo federis. Hic est cultus filiorum caath. Tabernaculum federis et sanctum sanctorum ingredierentur aaron et filii eius qui mouenda sunt castra: et deponent velum quod pendet ante fores inuolueruntq[ue] eo arcu testimonii et operient rursus velamine hyacinthina pelliū: extendentq[ue] desup pallium totum hyacinthini et induent vectes. Mensam quoque p[ro]positionis inuoluerunt hyacinthino pallio et ponent cum eo thuribula et mortariola ciathos et crateras ad liba fundenda. Vases semper in ea erunt. Extenduntq[ue] desup pallium coccineū quod rursum opient velamento hyacinthina pelliū et induent vectes. Sument et pallium hyacinthini quo operient candelabrum cum lucernis et forcipibus suis et emunctoris et canticis vasorum olei que ad p[er]cinnadas lucernas necessaria sunt. et sup omnia ponent opimentum hyacinthina pelliū et induent vectes. Necnon et altare aureum inuoluerunt hyacinthino vestimento: et extendent desup opimentum hyacinthinarum pelliū induentq[ue] vectes. Omnia vas q[ui]bus ministrantur in sanctuario inuoluerunt hyacinthino pallio: et extendent desup opimentum hyacinthina pelliū induentq[ue] vectes. Sed et altare mundabitur cinere et inuoluerunt illud purpureo vestimento: ponentq[ue] cum eo oia vasa q[ui]bus in ministerio eius teneantur. Ignis receptacula. fuscinulas ac tridates. vincinos et batilla. Luncta vasa alta

ris operient simul velamine hyacinthina pelliū et induent vectes. Tunc inuoluerint aaron et filii eius sanctuarium et oia vasa eius in cōmotioe castrorum tunc intrabunt filii caath ut portent inuoluta et non tangant vasa sanctuarium ne mouantur. Ista sunt onera filiorum caath in tabernaculo federis super quos erit eleazar filius aaron sacerdos. ad cuius pertinet cura oleum ad p[er]cinnadas lucernas et compositionis incensum et sacrificium quod semper offeratur et oleumunctionis et quicquid ad cultu[m] tabernaculi pertinet: omniumq[ue] vasorum que in sanctuario sunt. Locutusq[ue] est dominus ad moysen et aaron dicens. Nolite perdere populum caath de medio leuitarum: sed hoc facite eis ut vivant et non moriantur: si tetigerint sancta lancea. Aaron et filii eius in trahunt. ipsorum disponent opera singulorum et diuident quid portare possint. Alii nullo curiositate videant que sunt in sanctuario p[er]squamq[ue] inuoluant alioquin morientur. Locutusq[ue] est dominus ad moysen dicens. Tolle summam etiam filiorum gerson per domos ac familias et cognationes suas a triginta annis et supra usque ad annos quinquaginta. Numerat omnis qui ingrediuntur et ministrent in tabernaculo federis. Hoc est officium familie gersonitarum ut portent cortinas tabernaculi et tectum federis operimentum aliud: et sup omnia velamen hyacinthi num tentoriū quod pendet in introitu tabernaculi federis cortinas atrii et velum in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia que ad altare pertinet funiculos et vasorum ministerium iubente aaron et filii eius portabunt filii gerson et sciant singuli cui debent oneri macipari. Hic est cultus familie gersonitarum in tabernaculo federis. Eruntq[ue] sub manu iethamar filii aaron sacerdos. Filios quoque merari per familias et domos patrum suorum: recensib[us] a triginta annis et supra usque ad annos quinquaginta omnes que ingrediuntur ad officium ministerium sui et cultum federis testimonii. Hec sunt onera eorum. Portabunt tabulas tabernaculi et vectes eius: columnas ac bases eorum: columnas quoque atrii per circuitum cum basibus et paxillis et funibus suis. Omnia vasorum et suppellectilium ad numerum accipiuntur: sicque portabuntur. Hoc est officium familie meraristarum et ministerium in tabernaculo federis. Eruntq[ue] sub manu iethamar filii aaron sacerdotis. Recensent igit[ur] moyses et aaron et principes synagogae filios caath per cognationes et domos patrum suorum a triginta annis et supra usque ad annum qui quagesimum. omnes que ingrediuntur ad ministerium tabernaculi federis et inuenti sunt duo milia septingenti quinquaginta. Hic est numerus populi caath qui intrat tabernaculum federis. Hos numeravit moyses et aaron iuxta sermonem domini per manus moysi. Numerati sunt et filii gerson per cognationes et domos patrum suorum a triginta annis et supra usque ad quagesimum annum. et omnes qui ingrediuntur ut ministrent in tabernaculo federis. et inuenti sunt duo milia sexcenti triginta.

Numeri.

Hic est populus gersonitarum quos numerauerunt moyses et aaron iuxta verbum domini. Nue rati sunt et filii merari per cognationes et domos patrum suorum a triginta annis et super a usq; ad annum quinagesimum. omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi federis et inueniuntur tria milia ducenti. Hic est numerus filiorum mera ri quos recensuerunt moyses et aaron iuxta impe rium domini per manum moysi. Omnes qui recensi ti sunt de leuitis et quos recenseri fecit ad nomen Moyses et aaron et principes israel per cognationes et domos patrum suorum a triginta annis et supra usq; ad annum quinagesimum ingredientes ad ministerium tabernaculi et onera portanda. fuen runt simul octo milia quingenti octoginta. Juxta verbum domini recensuit eos moyses unumque eis iuxta officium et onera sua: sicut precepérat ei dominus.

V

Locutusq; est dominus ad Moysen dicens. Precepi filiis israel ut euiciat de castris omnem leprosum: et qui semine fluit. pollutusq; est super mortuo. Tam masculū q; feminam euicere de castris: ne contaminent ea cum habitauerint vobiscum. Feceruntq; ita filii israel et elecerunt eos extra castra sicut locutus erat dominus moysi. Locutusq; est dominus ad moy sen dicens. Loquere ad filios israel: Vir sine mulier cum fecerint ex omnibus peccatis que solent hominibus accedere et per negligentiam transgres si fuerint mandatum domini atq; deliquerint. co sitibuntur peccatum suū et reddunt ipsum caput qntamq; ptem desuper ei in quem peccauerint. Sin autem non fuerit qui recipiat dabunt domino: et erit sacerdotis. excepto ariete qui offeret per expiatione ut sit placabilis hostia. Omnes quoq; summi tie q; offerunt filii isrl ad sacerdotem priment. Et quicq; in sanctuarium offeret a singulis et tradit manibus sacerdotis ipsius erit. Locutusq; est dominus ad moy sen dicens: Loquere ad filios israel et dices ad eos. Vir cuius vxor errauerit maritū q; vel polluta ē. vel falsa suspicione appetit adducere eam ad sacerdotē et offeret oblationem per illa decimā ptem sati farine hordeacee. Non fundet super eā oleum nec imponet thus: quod sacrificium zelotypie est et oblatio inuestigā adulteriū. Offeret igit̄ eā sacerdos et statuet coram domino: assumetq; aquā sanctā in vase fictili et paillū terre de pavimento tabernaculi mittet in eā. Cūq; steterit mulier in prospectu domini discopiet caput eius et ponet super manus illius sacrificium recordationis et oblationem zelotypie. Ipse autē tenebit aq; amarissimas in qbus cum execratione maledicta cōgessit: adiurabitq; eam et dicet: Si non dormiuit

vir alienus tecū et si non polluta es de seruo mariti thorō non te nocebūt aque iste amarissime in q; maledicta cogessit. Sin autem declinasti a viro tuo atq; polluta es et concubuisti cum altero his maledictionibus subiacebis. Hec te dominus in maledictionem exemplūq; cunctorū in populo suo. Nutres cere faciat semur tuum et tumens vterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aque maledicte in ventrem tuum et vtero tumescente putrefact se mur. Et respōdebit mulier. Amen amē. Scribet q; sacerdos in libello ista maledicta et delebit ea aquis amarissimis in q; maledicta cogessit: et dabit ei bibere. Quas cū exhausterit tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypie et eleuabit il lud corā domino. imponetq; illud super altare: ita dumtaxat ut pūs pugillum sacrificii tollat de eo quod offeret et incendat super altare et sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit si polluta est et ptempo viro adulteriū rea: ptransibunt eam aque maledictionis et in flato ventre ptranscet semur: eritq; mulier in maledictione et in exemplum omni populo. Quod si polluta non fuerit: erit innocentia et faciet liberum. Ista est lex zelotypie. Si declinauerit mulier ayro suo et si polluta fuerit: maritusq; zelotypie spiritu peritatus adduxerit eā in prospectu domini: et fecerit ei sacerdos uox oia que scripta sunt: maritus absq; culpa erit: et illa recipiet iniqtatem suam.

Locutusq; est dñs ad moysen dicens: Loquere ad filios israel et dices ad eos. Vir sine mulier cū fecerit votū ut sanctificent et se voluerint dño psecreare: a vino et omni quod inebriare potest. abstinebūt Acetum ex vino et ex qualibet alia potionē et quicquid de ea exprimitur non bibent: vinas recetes sicciasq; non comedent cunctis diebus quibus ex voto domino consecrantur. Quicquid ex via esse potest ab via passa usq; ad acinum non comedent. Omni tempore separationis sue non uacula non transibit per caput eius usq; ad complectum diez quo domino consecrat. Sanctus erit crescente cesarie capitū eius. Omnipotēre consecratio sue super mortuum non ingreditur nec super patris quidez et matris et fratris sororisq; funere contaminabitur: quia consecratio dei sui super caput eius est. Omnibus diebus separationis sue sanctus erit domino. Sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo. pollueretur caput consecratio eius quod radet illico: et in eadem die purgationis sue: et tursum septima. In octava autem die offeret duos turtures vel duos pullos columbe sacerdoti in introitu fedis testimonii. facietq; sacerdos vinum pro pectato et alterum in holocaustum. et deprecabitur pro eo: quia peccavit super mortuo: sanctificauitq; caput ei in die illo. et psecrebit dñs die separatis illi offerens agnū animalū per pectō: ita tñ ut dies

Numeri.

pores irriti fiant: quoniam polluta est sanctificatio eius
 Ista est lex pro secratioris. Cum dies quos ex vi
 to decreuerat populus: adducet cum ad ostium
 tabernaculi federis ut offerat oblationem eius
 domino. agnum anniculum immaculatum in ho
 locustum et ouem anniculum immaculatam pro
 pecto et arietem immaculatum hostiam pacificam: ca
 nistrum quoque panum azymorum qui perseruit sunt
 oleo et lagana absque fermento vincta oleo ac liba
 mina singulorum que offeret sacerdos coram domino
 et faciet tam per peccato quod in holocaustum. Arietem
 vero immolabit hostiam pacificam domino offerens
 simul canistrum azymorum et libamenta que ex mo
 re debentur. Tunc tradet nazareus ad hostium ta
 bernaculi federis cesarie pro secratioris sue: tollet
 quod capillos eius et ponat super ignem qui est supposi
 tus sacrificio pacificorum et armum coctum arietis
 tortorumque absque fermento unum de canistro: et laga
 num azynum unum et tradet in manus nazarei
 postquam ratus fuerit caput eius: suscepitque ratus
 ab eo eleuabit in prospectu dominis sanctificata sa
 cerdotis erunt. sic pectus culum quod separari ius
 sum est et semur. Post hec poterit bibere nazareus
 vinum. Ista est lex nazarei cum vorerit oblatio
 nem suam domino pro secratioris sue: exceptis his quod
 inuenierit manus eius. Juex quod mente deuoue
 rat ita faciet ad perfectionem sanctificationis sue.
 Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loque
 re aaron et filii eius. Sic benedicetis filii israel
 et dicetis eis: Benedic tibi dominus et custodiat
 te. Extendat dominus faciem suam tibi: et miseriatur
 tui. Conuertat dominus vultum suum ad te et det
 tibi pacem. Invocabuntque nomine meum super fi
 lios israel et ego benedic eis.

Actum est autem

.VII.

Habitu die qua compleuit moyses taberna
 culum et erexit illud. vnitque et sacrificia
 uit cum omnibus vasibus suis. altare similiter et om
 nia vasorum eius: obtulerunt principes israel et capita
 familiarium que erant per singulas tribus prefecti
 eorum qui numerati fuerant munera coram domino
 sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Unum
 plaustrum obtulere duo duces et unum bouem sin
 guli. obtuleruntque eam in prospectu tabernaculi.
 Ait autem dominus ad moysen. Suscipe ab eis
 ut seruant in ministerio tabernaculi et trades ea
 levitis iuxta ordinem ministerii sui. Itaque cum suis
 cepisset moyses plaustra et boues: tradidit ea le
 uitis. Duo plaustra et quatuor boues dedit filius
 gerson iuxta id quod habebant necessarium: qua
 tuor alia plaustra et octo boues dedit filius mera
 ri secundum officia et cultum suum. sub manu ytha
 mar filii aaron sacerdotis. filii autem caath non
 dedit plaustra et boues: quia in sanctuario serui
 unt et onera propriis portant humeris. Igitur ob
 tulerunt duces in dedicatione altaris die quod un
 etum est oblationem suam ante altare. Viritque
 dominus ad moysen. Singuli duces per singulos dies

offerant munera in dedicatione altaris. Primo
 die obtulit oblationes suas naason filius amma
 dab de tribu iuda. fueruntque in ea acetabulum ar
 genteum pondo centum triginta siclos: phiala ar
 gentea hinc septuaginta siclos in pondo san
 ctuarium. vtrumque plenum simila perseruit oleo in sa
 crificium. mortariolum ex decem siclis aureis ple
 num incenso: bouem de armamento et arietem et agnum
 anniculum in holocaustum. hircumque per peccato
 et in sacrificio pacificorum boues duos: arietes quin
 que: hircos quinque: agnos anniculos quinque. Hec est
 oblatio naason filii amminadab. Secundo die ob
 tulit nathanael filius suar dur de tribu ysachar
 acetabulum argenteum appendens centum triginta
 siclos. phialam argenteam habentem septuaginta
 siclos iuxta podium sanctuarium. vtrumque plenum
 simila perseruit oleo in sacrificium. mortariolum au
 reum hinc decem siclos plenum incenso: boues duos
 de armamento et arietem: et agnum anniculum in hol
 ocaustum. hircumque per peccato. et in sacrificio paci
 feriorum boues duos: arietes quinque: hircos quinque:
 agnos anniculos quinque. Hec fuit oblatio nathanael
 filii suar. Tertio die princeps filius zebulon
 heliab filius heliob obtulit acetabulum argenteum
 appendens centum triginta siclos: phialam argenteam
 hinc septuaginta siclos ad pondus sanctua
 rium. vtrumque plenum simila perseruit oleo in sacrifici
 um: mortariolum aureum: appendens decem siclos
 plenum incenso: bouem de armamento et arietem: et agnum
 anniculum in holocaustum. hircumque per peccato. et in sa
 crificio pacificorum boues duos: arietes quinque: hir
 cos quinque: agnos anniculos quinque. Hec est oblatio
 heliab filii helion. Die quarto princeps filius Iu
 ben elisur filius sedetur. obtulit acetabulum argen
 teum appendens centum triginta siclos. phialas
 argenteas: habentem septuaginta siclos ad po
 dus sanctuarium: vtrumque plenum simila perseruit
 oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens
 decem siclos plenum incenso: bouem de armamento
 et arietem et agnum anniculum in holocaustum:
 hircumque per peccato: et in sacrificio pacificorum
 boues duos: arietes quinque: hircos quinque: agnos
 anniculos quinque. Hec fuit oblatio elisuri filii se
 der. Die quinto princeps filiorum symeon: sala
 mihel filius surisaddai obtulit acetabulum argen
 teum appendens centum triginta siclos. phiala
 argenteas habentem septuaginta siclos ad po
 dus sanctuarium. vtrumque plenum simila conser
 va oleum in sacrificium: mortariolum aureum ap
 pendens decem siclos plenum incenso: bouem de
 armamento et arietem et agnum anniculum in holocau
 stum. hircumque per peccato. et in hostias pacificorum boues
 duos: arietes. v. hircos quinque: agnos anniculos. v.
 Hec fuit oblatio salamihel filii surisaddai. Die
 sexto princeps filius gad heliasaph filius duell. obtu
 lit acetabulum argenteum appendens centum triginta
 siclos. phiala argentea hinc septuaginta siclos
 ad podium sanctuarium. vtrumque plenum simila perseruit

Numeri.

Oleo in sacrificio: mortariolu aureu appendens
 decem siclos plenū incenso: bouē de armento t arietē
 t agnū anniculū in holocaustū. hircū p pctō t i
 hostias pacifico: boues duos. arietes quinqz. hir
 cos quinqz. agnos anniculos quinqz. Hec fuit oblatō
 heliasaph filii duel. Die septimo p̄nceps filiorū
 ephraim elisāma fili⁹ ammiud. obtulit acetabulū
 argenteū appendēs centū triginta siclos phialā
 argenteā hñitem septuaginta siclos ad pōd⁹ san
 ctuarī. vtrumqz plenū simila p̄spersa oleo in sa
 crificium: mortariolum aureu appendens decez si
 clos plenū incenso. bouē de armento t arietem t
 agnū anniculū in holocaustum. hircumqz p pec
 cato t in hostias pacifico: boues duos: arietes
 quinqz. hircos quinqz. agnos anniculos quinqz. Hec
 fuit oblatio elisām fili⁹ ammiud. Die octavo p̄n
 ceps filiorū ~~M~~anasse gamaliel filius phadassur
 obtulit acetabulū argenteū: appendēs centū tri
 ginta siclos. phialam argenteā hñitem septuagin
 ta siclos ad pōdus sanctuarī vtrumqz plenum si
 mila p̄spersa oleo in sacrificium. mortariolum au
 reum appendens decez siclos plenū incenso: bouē
 de armento. t arietem t agnū anniculum in holo
 caustum. hircūqz p peccato. t in hostias pacifico
 rum: boues duos. arietes quinqz: hircos quinqz
 agnos anniculos quinqz. Hec fuit oblatio gamaliel
 fili⁹ phadassur. Die nono p̄nceps filiorū Benia
 min abidan filius gedeonis obtulit acetabulum
 argenteū appendens centū triginta siclos. phia
 lam argenteā hñtē septuaginta siclos ad pondus
 sanctuarī. vtrumqz plenū simila p̄spersa oleo
 in sacrificio: mortariolu aureum: appendens de
 cem siclos plenū incenso: bouē de armento t ari
 etem t agnū anniculum in holocaustum. hircū
 qz p peccato. t in hostias pacifico: boues duos
 arietes quinqz hircos quinqz. agnos anniculos qui
 qz. Hec fuit oblatio abida fili⁹ gedeonis. Die de
 cimo p̄nceps filiorū dā abiezer filius amisaddai
 obtulit acetabulū argenteū appendens centū tri
 ginta siclos. phialam argenteam hñtē septuagin
 ta siclos ad pondus sanctuarī vtrumqz plenum
 simila p̄spersa oleo in sacrificio: mortariolum au
 reum appendens decem siclos plenū incenso: bo
 uem de armento t arietem t agnū anniculum in
 holocaustum. hircūqz p peccato t in hostias pa
 cifico: boues duos: arietes quinqz. hircos quinqz.
 agnos anniculos quinqz. Hec fuit oblatio abiezer
 fili⁹ amisaddai. Die undecimo p̄nceps filiorū aser
 phegiel filius ochran: obtulit acetabulū argenteū
 appendēs centū triginta siclos. phialā argenteaz
 hñtem septuaginta siclos ad pōdus sanctuarī.
 vtrumqz plenū simila p̄spersa oleo in sacrificium.
 mortariolu aureu appendēs decem siclos plenū
 incenso: bouem de armento t arietem t agnū an
 niculum in holocaustū: hircūqz p peccato. t ho
 stias pacifico: boues duos: arietes quinqz: hir
 cos quinqz. agnos anniculos quinqz. Hec fuit ob
 latio phegiel filii ochrā. Die duodecimo p̄nceps

filiorū neptalim ahira filius henan. obtulit acetab
 ulū argenteū appendēs centū triginta siclos.
 phialam argenteā hñtem septuaginta siclos ad
 pondus sanctuarī vtrumqz plenū simila oleo cō
 spersa in sacrificium. mortariolum aureu appen
 dens decem siclos plenū incenso bouē de armē
 to t arietem t agnū anniculum in holocaustum:
 hircumqz p pctō. t in hostias pacifico: boues
 duos. arietes quinqz. hircos quinqz. agnos an
 niculos quinqz. Hec fuit oblatio ahira fili⁹ henan.
 Hec in dedicatione altaris oblatā sunt a p̄ncipi
 bus isrl in die qua p̄secratum est. acetabula argē
 tea duodecim. phiale argentea duodecim. mor
 tariola aurea duodecim. ita ut centū triginta siclos
 haberet vnu acetabulū. t septuaginta siclos vna
 phiala. i. commune vasoz omniū ex argento sicli
 duo milia quadrungenti pondere sanctuarī mor
 tariola aurea duodecim plena incenso. denos si
 clos appendentia pondere sanctuarī. i. simul au
 ri sicli centum viginti: boues de armento in holo
 caustum duodeci. arietes duodecim. agnū anniculi
 duodecim t libamēta eoz. hirci duodeci p pctō
 in hostias pacifico: boues vigintiqtuo. arietes
 sexaginta. hirci sexaginta. agnū anniculi sexagita.
 Hec oblatā sunt in dedicatione altaris qn vnetū
 est. Lūqz ingredere moyses tabernaculū sece
 ris ut p̄suleret oraculum: audiebat vocez loquen
 tis ad se de ppitiorio. qd erat sup arcā testimo
 nii inter duos cherubin: vnde t loquebas ei.

Ocutusqz est dñs VIII
 ad moylen dicens. Loquere aaron t di
 ces ad eū: Lū posueris septē lucernas
 candelab̄ in australi pte erigaf. Hoc iglf p̄cipe
 vt lucerne ptra boreā e regiōe respiciat ad mēsaz
 panū ppositōis: ptra eā ptē quā cadelab̄ respic
 lucē debebut. Ecceqz aarō t iposuit lucernas su
 p cadelab̄ vt p̄cepat dñs moysi. Hec at eraf fa
 ctura cadelabri. ex auro ductili tā medi⁹ stipes qz
 cūcta q er vtroqz calamo: latē nascebāt. Iu⁹ ex
 emplū qd oñdit dñs moysi ita opat⁹ ē cadelab̄.
 Et locu⁹ ē dñs ad moylen dicēs: tolle leuitas ex
 medio filiorū isrl t purificab eos iu⁹ hūc ritū: Al
 pgaf aq̄ lustratōis t radat̄ oēs pilos carnis sue.
 cūqz lauerit vestimēta sua t mūdati fuerit tollēt
 bouē d̄ armētū t libamētū ei⁹ simila oleo p̄spsam:
 bouē at altez d̄ armēto accipies p pctō t applica
 bis leuitas corā tabnaculo federis p̄uocata om̄i
 multitudine filiorū isrl. Lūqz leuite fuerit corā dño
 ponēt filii isrl man⁹ suas sup eos. t offeret aaron
 leuitas mun⁹ i p̄spectu dñi a filiis isrl vt fuiat̄ in
 misterio ei⁹. Leuite quoqz ponēt man⁹ suas sup
 capita bouē qd vnu facies p pctō t altez i ho
 locaustum dñi vt depceris p eis. Statuesqz leuitas
 i p̄spectu aarō t filiorū ei⁹: t p̄secreb oblatas dño
 ac sepab de medio filiorū isrl vt sint mei. t postea
 ingrediantur tabernaculum federis vt seruant
 mibi. Sicqz purificabis t consecrabis eos in
 oblationem domini: Quoniam dono donati

Numeri.

sunt mihi a filiis israel. Pro p̄mogenitis q̄ ape riunt omnem vulnus in israel accepi eos. **A**lea sunt. n. omnia p̄mogenita filioꝝ isrl' tam ex homi nibus q̄ ex iumentis. Ex die quo p̄cussi omne p̄ mogenitus in terra egypti sanctificam eos mihi et tuli leuitas p̄ cunctis p̄mogenitis filiorum isrl' tradidiꝝ eos dono aaron et filius eius de medio populi ut seruiat mihi p̄ israel in tabernaculo se deris et orient p̄ eis ne sit in populo plaga. si ausi fuerint accedere ad sanctuarium. **F**ecerūtq; moy ses et aaron et omnis multitudo filioꝝ isrl' sup le uitis q̄ p̄ceperat dominus **M**oysi: purificatiꝝ sunt et lauerit vestimenta sua. Eleuanitq; eos aarō in p̄spectu domini et orauit p̄ cis: vt purificati in gredereſ ad officia sua in tabernaculū federis coram aaron et filii eius. **S**icut p̄cepat domin⁹ moyſi de leuitis ita fact⁹ est. **L**ocutusq; ē domi nus ad moyſen dicens. **H**ec est lex leuitarꝫ. A vi gintiq; annis et supra ingredieſ ut ministrēt in tabernaculo federis. **C**ūq; q̄nquagesimū an num eratis impleuerint seruire cessabunt: erunt q̄z ministri fratrum suor̄ in tabernaculo federis ut custodiant q̄ sibi fuerint p̄mendata. opa aut̄ ipa nō faciant. **S**ic dispones leuitis in custodiis suis.

IX

Ocut⁹ ē domin⁹ ad moyſen in deserto sinai anno secundo: postq; egressi sunt de terra egypti. mense p̄mo dicens: Fa ciant filii israel phasē in tpe suo q̄rtadecima die mensis huius vſq; ad vesperam: iux̄ omnes ceri monias et iustificationes eius. **P**recepitq; moy ſes filii israel: ut facerent phasē. Qui fecerunt tempe ſuo q̄rtadecima die mensis ad vesperā in monte sinai. Juxta oia q̄ mandauerat dominus **M**oysi fecerunt filii isrl'. **E**cce aut̄ quidaz immū di ſup anima hominis q̄ non poterāt facere pha ſe in die illo: accedentes ad moyſen et aaron: dire rūt eis. Immundi ſumus ſup aia hois q̄re frau damur ut nō valeamus oblationem offerre dñō in tpe ſuo inter filios israel. **Q**nibus respondit **M**oyses. State: ut consulam qd p̄cipiat domi nus de vobis. **L**ocutusq; est dominus ad **M**oysen dicens. Loquere filii israel: Homo q̄ fuerit immundus ſup anima: ſue in via p̄cul in gente veſtra. faciat phasē domino in mense ſecundo q̄r ta decima die mensis ad vespam cuꝝ azimis et la crucis agrestibus p̄medent illud. **N**ō relinquent ex eo quippiam vſq; mane et os eius nō p̄ſringēt omnem ritū phasē obſeruabunt. Si q̄s autem et mundus eſt et in itinere nō fuit: et tamen non fecit phasē: exterminabit anima illa de populis suis. quia ſacrificium domino nō obtulit tempore ſuo. **P**ecatum ſuum ip̄e portabit. **P**eregrinus quo q̄s et aduenia ſi fuerint apud vos faciēt phasē do mino iux̄ ceremonias et iustificationes ſuas. **P**re ceptum idem erit apud vos tā aduenie q̄s indige ne. **I**git̄ die qua erectum eſt tabernaculū: opuit illud nubes. A vſpe autem ſup tētorium erat q̄

ſi ſp̄es ignis vſq; mane. **S**ic ſiebat īgiter. Per diem opiebat illō nubes: et p̄ noctē quasi species ignis. Cūq; ablata fuſſet nubes q̄ tabernaculū p̄gebat: tūc p̄ficebanſ fili⁹ isrl' et in loco vbi ſtetifet nubes ibi caſrametabant. Ad imperiū domini p̄ficebanſ et ad imperiū illius ſigebat tabernaculum. **L**unctis diebus q̄bus ſtabat nu bes ſup tabernaculum: manebant in eodem loco et ſi eueniſſet ut multo tempore maneret ſup illud erant filii israel in excubis dñi. tñō p̄ficeban tur quotquot diebus fuſſet nubes ſup taberna culum. Ad impium domini erigebant tentoria et ad imperium illius deponebat. Si fuſſet nubes a vſpe vſq; mane et ſtatim dilucido tabernaculū reliquifet p̄ficebanſ. et ſi poſt diem et noctē re ceſſifet dissipabant tentoria. Si vero biduo aut vno mense vel longiori tempe fuſſet ſup taberna culum manebant filii israel in eodem loco: et non p̄ficebanſ: ſtatiuſ autes ut recessifet mouebat caſtra. Per v̄bum dñi ſigebant tentoria. et p̄ ver bum illius p̄ficebanſ: erantq; in excubis dñi iuxta impium eius p̄ manū moyſi.

Locutusq; est dñs ad

X

moyſen dicens. **F**ac tibi duas tubas ar genteas ductiles: q̄bus ſuocare poſſis multitudinem quando mouēda ſint caſtra. Cū q̄z increpueris tubis: congregabis ad te ois tur ba ad oſtium tabernaculū federis. ſi ſemel clāgu eris venient ad te p̄ncipes et capita multitudinis israel: ſi autem pluriꝝ atq; p̄cifis clangor incre puerit mouebunt caſtra p̄mi q̄ ſunt ad orientalē plagam. In ſecundo autem ſonitu et pari vluſatu tube leuabunt tentoria q̄ habitant ad meridiem et iuxta hunc modum reliqui facient vluſantibus tubis in p̄fectionem. Qū autem p̄gregandus eſt populus ſimplex turbaz clangor erit et non p̄cife vluſant. Filii autem aaron ſacerdotis clanget tu bis: eritq; hoc legitimum ſempiternum in gene rationibus veſtris. Si exeritis ad bellum de ter ra v̄fa p̄tra hostes q̄ dimicat aduersum vos clā getis vluſantibus tubis. et erit recordatio v̄ri co ram dñō deo v̄ro ut eruamini de manibus ſuū coꝝ v̄ro. ſi q̄n habebis epulū et dies festos et ka lendas caueſ tubis ſup holocaustis et pacifici vi etimis ut ſint vobis in recordationē dñi dei v̄ri. Ego dñs deus v̄. Anno ſecundo mēſe ſecundo vicesima die mensis eleuata ē nubes de taberna culo federis. **P**rofectiꝝ ſunt filii isrl' p̄ turmas ſuas de deserto sinai et recubuit nubes in ſolitu dine pharan. **M**ouerūtq; caſtra p̄mi iux̄ impe riū dñi p̄ manū moyſi. Filii iuda p̄ turmas ſuas quoꝝ p̄nceps erat naaſon filius aminadab. In tribu filioꝝ ysachar ſuit p̄nceps nathanael filius ſnar. In tribu zabulō erat p̄nceps eliaſ fili⁹ he lo. **D**eponitq; ē tabernaculū qd porates egressi ſūt filii gerſon et merari. p̄fectiꝝ ſūt et filii rubē p̄ emas et ordinē ſuū quoꝝ p̄nceps erat elisſur fili⁹ ſedeſ. in tribu at filioꝝ ſimeo p̄nceps ſuit ſalamī

Numeri.

bel filius surisaddai. Porro i tribu gad erat p̄n
ceps heliasaph filius duel. Profecti sunt et caa
thite portantes sanctuarium. Tadiu tabernaculū
portabat donec venirent ad erectionis locum.
Houerunt castra et filii ephraim p turmas suas
in quoy exercitu p̄nceps erat elisama filius am
mūnd. In tribu aut̄ filioꝝ manasse p̄nceps fuit
gamariel filius phadassar. et in tribu Beni am
erat dux abidā fili⁹ gedeonis. Nouissimi castro
rum omniū p̄secuti sunt fili⁹ dan p turmas suas:
in quoy exercitu p̄nceps fuit ambiezer filius ami
saddai. In tribu aut̄ filioꝝ aser erat p̄nceps phe
giel filius ochran. Et in tribu filioꝝ neptaliꝝ p̄n
ceps fuit abira filius benā. Hec sunt castra et pro
fectiones filioꝝ israel p turmas suas q̄n egredie
bant. Dixitqz Moyses obab filio rague madia
nite cognato suo Proscici scimus ad locoꝝ quem
dñs datus est nobis: yeni nobiscum vt benefa
ciamus tibi q̄ bona dñs pmisit israeli. Qui ille
respondit: Non vadā tecū sed reuertar in terrā
meam in q̄ natus sum. Et ille: Noli inq̄ nos reli
quere. Tu. n. nosti in qbus locis p desertū castra
ponere debeam⁹: et eris ductor noster. Cūqz no
biscum yeneris q̄cqd optimum fuerit ex opibus
q̄s nobis traditurus ē dñs dabit⁹ tibi. Prose
cti sunt ḡ de monte dñi viā triū diez arcacqz fede
ris dñi p̄cedebate os p tres dies puidens castro
rum locoꝝ. Hubes quoꝝ dñi sup eos erat p diē
cū incederent. Cūqz el euaref arca dicebat moy
ses: Surge dñe et dissipenſ inimici tui et fugiant
q̄ oderūt te a facie tua. Cum aut̄ deponeret⁹: aie
bat. Reuertere domine ad multitudinem exerci
tus israel.

XI

Mterea ortū est murmur ppli q̄i dolen
tiū p labore ptra dñm. Qd cū audisset
iratus ē. et accēsus in eos ignis dñi. de
uoravit extremā castrop̄ pte. Cūqz clamasset po
pulus ad moysen orauit moyses ad dñi et absor
ptus ē ignis. Vocauitqz nomē loci illius incēsiō.
eo q̄ succēsus fuisse ptra eos ignis dñi. Vulgus
q̄ppe pmiscuū qd ascēderat cū eis flaguit deside
rio sedēs et flens iunct⁹ sibi pariter filius israel. et
ait: Quis dabit nobis ad resēndū carnes? Re
cordamur p̄sciuū quos comedebamus in egypto
graſ. in mente vob̄ veniūt cucumeres et pepones
porriꝝ et cepe et allia. Alia nr̄a arida ē nibil aliud
respicuit oculi nr̄i nisi man: Erat q̄t man q̄si se
men coriādi coloris bdellii. Circuibatqz ppli
et colligēs illud frāgebat mola siue terebat i mor
tario coquēs i olla et faciēs ex eo tortulas saponis
q̄i p̄sis oleati. Cūqz descēderet nocte sup castra
ros descēdebat piter et man: Audivit ḡ Moyses
flētē ppli p familias singulos p ostia tentoriū
sui. Iratusqz ē furor dñi valde sed et moysi intole
rāda res visā ē. et ait ad dñm. Cur afflixisti seruū
tuū: Quare nō inuenio grāz corā te? Et cur ipo
suisti pōdus vniuersi ppli h̄ sup me? Nūqd ego
p̄cepi omnem hanc multitudinem vel genui eaꝝ: vt

dicas mihi: porta eos in sinu tuo sicut portare so
let nutrix infantulū. et deser i terrā p q̄ urasti pri
bus eoz: Un̄ mihi carnes vt dem tātē multitudi
ni: flēt ptra me dicētes: da nob̄ carnes vt come
dam⁹. Nō possum solus sustinere oēz hūc ppli
q̄ grauis ē mihi. si aliter tibi videb̄ obsecro vt i
terficias me et inueniā grāz in oculis tuis: ne tan
tis afficiar malis. Et dixit dñs ad Moysen: Cō
grega mihi septuaginta viros de senioribus isrl
quos tu nosti q̄ senes populi sint ac magistri: et
duces eos ad ostiū tabernaculi federis: faciesqz
ibi stare tecū vt descendam et loqr̄ tibi et auferam
de spiritu tuo tradamqz eis. vt sustentent tecum
onus ppli et non tu solus queris. Populo quo
q̄ dices: Sanctificamini: Cras comedet carnes
Ego. n. audiū vos dicē. Quis dabit nob̄ escas
carnium: Bene nobis erat in egypto. Ut det vo
bis dominus carnes comedatis: nō vno die nec
duobus vel qnqz aut decem. nec viginti quidem
sed vsqz ad mensez diez: donec exeat p nares ve
stras et vertat in naufragio. et q̄ repuleritis dñm
qui in medio vestri est: et flueritis coram eo dicen
tes: Quare egressi sumus ex egypto vt perirem⁹
in solitudine? Et ait moyses ad dominum. Sex
centa milia peditum huicis populi sunt. Et tu di
cis dabo eis eum carnium mense integro: Nun
quid onium et boum multitudo cedetur vt possit
sufficere ad cibum vel om̄is pisces maris in vnuꝝ^z
congregabun⁹ vt eos satient? Qui respondit do
minus: Nunquid manus domini inutilida est?
Iam nunc videbis ut p̄ meus sermo ope p̄pleat
venit igit̄ moyses et narrauit populo verba do
mini p̄gregans septuaginta viros de senioribus
isrl quos stare fecit circa tabernaculū. Descēdit
q̄ dñs p nubē et locutus ē ad eū: auferēs de spū
q̄ erat in moyses et dās septuagita viris. Cūqz re
quiescerat in eis spūs pphetauerūt nec ultra cessa
uerūt. Remāserat aut̄ in castris duo viri quoru
vn̄ vocabat heldad et alter medad sup quos req
euit spūs: nā et ip̄i descripti fuerat et nō exierat ad
tabernaculū. Cū pphetaeret i castris cūcurrerit pu
er et nūciamit Moysi dices: Heldad et medad p
phetat in castris. Stati iōsue filius mun minister
moysi et electus e plurib⁹ ait: Dñe mi moyses p
hibe eos. At ille: qd inq̄ emolaris p me: Quis
tribuat vt om̄is ppli pphetet et det eis dñs spū
suū: Reuersusqz ē moyses et maiores natu israel
in castra. Venit aut̄ egrediēs a dño arreptas trās
mare coturnice s detulit et dimisit i castra itinere
q̄tū vno die p̄fici pōt ex oī pte castrop̄ p circūtū
volabātqz in aere duob⁹ cubib⁹ altitudine sup ter
rā. Surgēs ḡ ppli's toro die illo et nocte: ac die al
tero p̄gregauit coturnicū multitudinē q̄ pax. de
cē choros. et siccauerit eas p gyz castrop̄. Adhuc
carnes erat i dētib⁹ eoz nec defecerat hīmōi cib⁹ et
ecce furor dñi p̄citatus in ppli: pcessit cum pla
ga maḡ nimis. Vocat⁹ q̄ ille loc⁹ sep̄tra occupi
scētie: ibi. n. sepeliēt ppli q̄ dīsiderauerat carnes

Numeri.

Egressi autem de sepulchris percupiscentie venerunt
in aseroth et manserunt ibi. .XII.

Intraq[ue] est maria et Aaron protra moy
sen ppter uxorem eius ethiopissam. Et
dixerunt. Num per solum moysen locutus
est dominus? Nonne et nobis similiter est locutus? Quod
eius audisset dominus iratus est valde. Erat nam moyses
vir mitis unus super omnes homines: qui morabatur
in terra. Statim locutus est dominus ad eum et ad aaron
et mariam. Egredi emini vos tamen tres ad tabernaculum
federis. Lunq[ue] fuisse ingressi descendit
dominus in columna nubis: et stetit in introitu taber
naculi vocans aaron et mariam. Qui cum eis dixit
ad eos: Audite sermones meos. Si quis fuerit in
ter vos propheta domini in visione apparebo ei:
vel per somnum loquar ad illum. At non talis ser
vus mens illius est quod in omni domo mea fidelis
sumus est. Nonne nam ad os loquor ei. Palam et non
per enigmata et figuratas deum videt. Quare ergo non
timuistis detrahere seruum meo moysen? Irratusque
contra eos abiit. Nubes quoque recessit quod erat super
tabernaculum. Et ecce maria apparuit can
dens lepra quasi nix. Lunq[ue] respexit eam aaron
et vidisset pulsum lepra. ait ad moysen. Obscurio
domini mihi ne imponas nobis hoc peccatum quod
stulte amissimus: ne fiat hec quod si mortua. et ut abor
tuum quod precium de vulva matris sine. Ecce iaz
medium carnis eius devoratum est a lepra. Cla
mavitque moyses ad dominum dicens: Deus ob
secro sanam eam. Qui respondit dominus: Si pa
ter eius spisset in faciem eius nonne debuerat:
saltum septem diebus rubore suffundi? Sepere
septem diebus extra castra et postea reuocabitur.
Exclusa est itaque maria ex castra septem diebus
et populus non est motus de loco illo donec reuocata
e maria. .XIII.

Rofectusque est populus de aseroth: fixis
tentoriis in deserto pharan. Ibiq[ue] lo
cutus est deo nimis ad moysen dices. mit
te viros qui considerent terram chanaan quam da
turus sum filiis israel: singulos de singulis tribu
bus ex principibus. fecit moyses quod dominus
imparat de deserto pharan mittens principes vi
ros quos ista sunt nomina. De tribu ruben: semi
mua filius zehur. De tribu simon: saphat filius yri
De tribu iuda caleb filius iephone. De tribu ysa
char: igal filius ioseph. De tribu epbraim: osee si
lium nunc. De tribu beniamin phalti filius raphu
De tribu zabolon: geddihel filius sodi. De tribu
ioseph: sceptri manasse gaddi filius fus. De tribu
dan: amihel filius gemalli. De tribu aser: shur filius
michael. De tribu neptali: naabi filius napsi
De tribu gad guhel filius machi. Hec sunt nomina
viroq[ue] quos misit moyses ad considerandam terram
Iocavitque osee filius nunc ioseph. Misitque et eos moy
ses ad considerandam terram chanaan: et dixit ad
eos. Ascendite per meridianam plagam. Lunq[ue] vene
ritis ad montes considerate terram qualis sit et popu

lum que inhabitator est eius: ut fortis sit an infir
mus. pauci numero an plures. ipsa terra bona an
mala. urbes quales murate an absq[ue] muris: hu
mus pinguis an sterilis. nemorosa an absq[ue] arbo
ribus. Confortamini et afferte nobis de fructibus
terre. Erat autem tempus quod iam preceque viae ve
sci possunt. Lunq[ue] ascendissent explorauerunt ter
ram a deserto sin usq[ue] roob intrantibus emath.
Ascenderuntque ad meridiem et venerunt in eborum.
vbi erant achuna et sisai et tolmai filii enach: nam
hebron septem annis ante thanim urbe egypti
condita est. Pergentesque usq[ue] ad torrentem botri
abscederunt palmitem cum vua sua quem portau
runt in vecte duo viri. De malis quoque granatis
et de fiscis loci illius tulerunt qui appellatus est ne
helescol. id est torrens botri: eo quod botrum portau
sent inde filii israel. Reversique exploratores ter
re post quadraginta dies omni regione circuata.
venerunt ad illius et aaron et ad omnem ceterum
filiorum israel in desertum pharan: quod est in
eades. Locutique eis et omni multitudini ostende
runt fructus terre et narraverunt dicentes. Veni
mus in terram ad quam misisti nos que reuera
fluit lacte et melle ut ex his fructibus cognosci po
test sed cultores fortissimos habet: et urbes gran
des atque muratas. Stirpem enach vidimus ibi
Amalech habitat in meridie. etheus et iebuseus
et ammoreus in montanis. Chananeus vero mora
tur iuxta mare et circa fluenter iordanis. Inter hec
caleb compescens murmur populi qui ostiebatur
contra illius ait: Ascendamus et possideamus
terram quoniam poterimus obtinere eam. Alii
vero qui fuerant cum eo dicebant: Nequaquam ad
hunc populum valeamus ascendere quia fortior no
bis est. Detraxerunt terre quam inspererat apud
filios israel dicentes: Terra quam lustrauimus de
uorat habitatores suos. Populus quem asperi
mus percerere statute est. Ibi vidimus monstra que
dam filiorum enach de genere giganteo. quibus ipsa
ti quod locuste videbamur.

Gitur vociferans
omnis turba fleuit nocte illa et murmu
rati sunt contra illius et aaron cum
eti filii israel dicentes: Utinam mortui essemus
in egypto et non in hac vasta solitudine. Utinam
percamus et non inducat nos dominus in terram
istam ne cadamus gladio et vixores ac liberi no
stri ducantur captivi. Nonne melius est reuerti
in egyptum? Dixeruntque alter ad alterum: Con
stituamus nobis ducem et reuertamur in egyptum
Quo auditio illius et aaron ceciderunt proin
in terram coram omni multitudine filiorum israel.
At vero ioseph filius nunc et caleb filius iephone qui
et ipsi lustrauerunt terram: scinderunt vestimenta
sua et ad omnem multitudinem filiorum israel locu
ti sunt. Terram quam circuivimus valde bona est
Si propiti fuerit dominus induceret nos in eam et tradet hu
mum lacum et melle manaret. Molite rebelles eum protra

Numeri.

dominiū. neqz tūmeatis pplm terre huīus: qz si
cū panē ita eos possum⁹ deuorare. Recessit ab
eis oē psidium dñs nobiscū ē nolite metuere. Lū
qz clamaret oīs multitudiō z lapidibus eos yellz
opp̄mēre. appnū gloria dñi sup rectū federis: cū
etis uidētib⁹ filii isrl. Et dixit dñs ad moysen:
Uſqz detrahēt mīhi ppls iste? Quousqz nō
credent mīhi in oībus signis qz feci corā eis? Fe
riam igīt eos pestilentiā atqz psumā. te aut faciā
pncipē sup gentē magnā z fortioē qz hec est. Et
aut moyses ad dñm. Et audiat egyptiū de quoū
medio eduristi ppls istū. z habitatores terre hu
iūs qz audierūt qz tu dñe in ppls isto sis: z facie
videaris ad faciē. z nubes tua ptegat illos z i co
lumna nubē pcedes eos p diē z in colūna ignis p
noctē: qz occideris tantā multitudinē qz vnu ho
minem. z dicāt. Nō poterat introducere populū
in terrā p qz iurauerat: idcirco occidit eos in soli
tudine. Magnificē g fortitudo dñi sicut iurasti.
dices. Dñs patēs z multe misericordie. auferēs
iniquitatē z scelera. nullūqz innorū derelinquēs
qz visitas pcta patr in filios in tertia z quartam
generationē. Simitte obsecro pctm ppls tui huī
fm magnitudinē misericordie tue. sic ppti⁹ fūisti
egredientibus d̄ egypto vſqz ad locū istū. Dixit
qz dñs. Dimisi uē vbum tuū. Vnu ego z imple
bit gloria dñi vniuersa terra. Attī oēs homines
qz viderūt maiestatē meā z signa qz feci in egypto
z in solitudine. z temptauerut me iā p dece vices
nec obedierūt voci mee: nō videbunt terra z p qz
iurau pribus eoz. nec qz ex illis qz detrahit mi
hi inuebis eā. Seruū meum caleb qz plenus alio
spū secutus est me. inducā in terrā hāc quā circū
iuit z semen eius possidebit eā. qm amalechites z
chananeus habitat in vallibus. Cras mouete ca
stra z reuertimini i solitudinē p viā maris rubri.
Locutusqz ē dñs ad moysen z aarō dices: Uſqz
quo multitudiō hec pessima murmurat ptra me?
Querelas filiorū israel audiri. Dic g eis: Vnu ego
ait dñs sicut locuti es̄t audiētes me sic facias
vob. In solitudine hac iacebūt cadauera vestra.
Dēs qz numerati estis a. xx. ānis z supra murmu
rastis ptra me: nō intrabis terrā sup quā leuauit
manū meā: vt hitare vos facerē pter caleb filius
rephōne. z ioseph filiū nun. Marullos aut vfos:
de qbus dixistis. qz pde hostib⁹ forēt: introducā
vt videāt terrā qz vob displicuit. Vra cadauera ia
cebūt in solitudine. Filii vri erūt vagi in deserto
annis. xl. z portabūt fornicationē vras donec cō
sumant cadauera patr in deserto iuē numerz. xl
diez qbus pſiderasti terrā: Annus p die iputa
bit. Et. xl. annis recipies iniquitates vras. z scies
vltionē meā. Qm sicut locutus sum. ita faciā om
ni multitudini huic pessime. qz surrexit aduersus
me. In solitudine hac deficiet z moriet. Igīt om
nes viri quos miserat moyses ad ptemplandas
terrā. z qz reuersi murmurare fecerāt ptra eū oēs
multitudinē. detrahētes terre qz esset mala: mor

tui sūnt atqz peccati in ſpectu dñi. Ioseph aut fili
us nun. z caleb fili⁹ iephōne vixerūt ex omnibus
qz prexerāt ad pſiderādā terrā. Locutusqz ē moy
ses vniuersa vba hec ad oēs filios isrl. z luxit po
pulus nimis. Et ecce mane pmo ſurgētes aſcedē
runt vticē mons atqz dixerūt. Id arati ſum ascen
dere ad locū de quo dñs locutus ē: qz peccatum⁹
Quib⁹ moyses: Cur ingr̄ trāſgredimini vbu dñi
qz vob nō cedet in pſp̄z? Nolite aſcedere: non
enim ē dñs vobiscū: ne corruiſ corā inimicis ve
ſtris. Amalechites z chananeus an̄i vos ſunt quoqz
gladio corrueſtis eos eo qz nclueris acqſcē dño
nec erit dñs vobiscū. At illi ptenēbrati aſcederūt
in vticē mōtis. Arca aut testamēti dñi z moyses
nō recesserūt de caſtris. Dicēditzqz amalechites
z chananeus qz habitabat in mōte. z pcutiens eos
atqz pcedens. pſecutus ē eos vſqz horua.

Locutus ē dñs ad XV
moysen dices. Loqre ad filios isrl z di
ces ad eos. Lū ingressi fueris terrā ha
bitationis vſe quā ego dabo vob. z feceris obla
tionem dño in holocaustū aut victimā pacificam
vota ſoluētes vel ſponte offerētes munera. aut i
ſolēnitatibus vris adolētes odoř ſuauitas dño
de bob⁹ ſue de ouib⁹ offeret qz ſuauitatis dño
victimā: ſacrificiū ſimile decimā pte eph̄i pſpſam
oleo qz mēſurā habebit qrtā pte hin. z vnu ad
liba fundēda eiusdē mēſure dabit in holocaustū
ſue victimā. Per agnos ſingulos z arietes erit
ſacrificiū ſimile duaz decimaz que pſpſa ſit oleo
tertiae ptiſ hin. z vnu ad libamentū tertie pſ ſe
dem mēſure offeret in odoř ſuauitas dño. Qm
vō de bob⁹ feceris holocaustū aut hostiā vt iple
as votū vel pacificas victimas: dab p ſingulos
boves ſimile tres decimas pſpſe oleo. qz habeat
mediū mēſure hin. z vnu ad liba ſuauitas dño
mēſure in oblationē ſuauifſimi odoris dño. Sic
facies p ſingulos boves z arietes: z agnos: z he
dos. Zā indigene qz pegrini eodē ritu offeret ſa
crificia. Unū pceptum erit atqz iudiciū tā vobis
qz adueniēs terre. Locut⁹ ē dñs ad moysen dices
Loquere filius israel z dices ad eos: Lū veneris
in terrā quā dabo vob z comederiſ de panibus
vris. Sicut de arcis pmitias ſepabit ſita z dō pul
mentis dabit pmitia dño. Qd si p ignorantia
pterietis qz ſuauitatis dño ad moysen z
mandauit p eum ad vos. a die qz cepit iubere z v
tra obliqaſ ſuerit facere multitudiō: offeret vtu
lum de armento holocausti in odoř ſuauifſimus
dño. z ſacrificiū eius ac liba vt ceremonie poſtu
lant. hircūqz p petō z rogarit ſacerdos p oī ml
tiudine filiorū israel. z dimittet eis. qm nō ſponte
peccauerūt: nibilomin⁹ offerētes incenſum dño:
p ſe z petō atqz errore ſuo. z dimittetur vnuſe
plebi filiorū isrl z adueſis qz pegrinat iter eos. qm
culpa ē oīs ppls pigratiā. Qd si aīa vna nſciēs
peccauerit offeret caprā āniculā p peccato ſuo z

Amus p die qputabit

deprefabitur p ea sacerdos q inscia peccauerit coram dño: impetrabitq ei veniam et dimittet illi. Tam indigenis qz aduenis vna lex erit omnium q peccauerint ignorates. Anima vo que p superbiā aliquid amiserit sine cuius sit ille sine perigrinus quoniam aduersus dñm rebellis fuit: pibit de populo suo. Verbu. n. dñi tempst et pceptū illius fecit irritum iccirco delebit et portabit iniqtatem suam. Factum est aut cū essent filii israel in solitudine et inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbati: obtulerunt eum moysi et aarō et vniuerse multititudini. Qui recluserunt eum in carcere nescientes qd sup eo facere deberent. Dixitq dominus ad Moysen. Morte moriat homo iste obuiat euz lapidibus omnis turba et castra. Unqz eduxissent eū foras obuerunt euz lapidibus et moriūs ē sicut pcepit dñs. Dixit quoqz dominus ad moysen. Loquere filius isrl. et dices ad eos vt faciant sibi sumbras p angulos quattuor pallioꝝ ponentes in eis virtas hyacinthinas. Quas cum viderint recordent omnium mandatorū domini: nec sequant cogitatōes suas et oculos p res varias fornicantes sed magis me mores pceptoꝝ domini faciant ea: sintqz sancti deo suo. Ego dominus deus vester qui eduxi vos de terra egypti vt essem deus vester.

Ecce autem chore XVI
filius isuar: filii caath: filii leui: et dathan atqz abiron filii eliab: hon quoqz fili pheleth de filiis ruben. surrexerunt ptra moysen aliqz filioꝝ isrl ducenti qnquaqinti viri pceres synagoge et qui tempe pculi p nomina vocabant. Unqz stetissent aduersum moysen et aarō. dixerunt: Sufficiat vobis q omis multitudo sanctorum ē in ipsis ē dominus. Ur eleuamini super pplic domini. Quod cum audisset Moyses: ecce dicit pnis in faciem locutusqz ad chore et ad omnem multitudinem: mane inqz notum faciet dñs qui ad se pertineant et sanctos applicabit sibi: et quos elegerit appropinqbunt ei. Hoc igit facite Tollat vnuſqz thuribula sua tu chore et omne pculium tuum: et bausto cras igne ponite de super thymiam a coram domino. et quemcunqz elegerit ipse erit sanctus. Multum erigimini leui. Dixit qz rursum ad chore: Audie filii leui. Num parū vobis est q separavit vos deus israel ab oī pplo et iunxit sibi ut seruiretis ei in cultu tabernaculi: et staretis coram frequentia pplici et ministraretis ei. Iccirco ad se fecit accedere te et omnes fratres tuos filios leui: ut vobis etiā sacerdotum vndicetis et omnis globus tuus stet ptra dñm: Quid est. n. aaron ut murmuraris ptra eū? Visit ergo Moyses ut vocaret dathan et abiro filios eliab. Qui runderunt. Nō venimus. Numq parū ē tibi quod eduxisti nos de terra egypti que lacte et melle manabat ut occideres i deserto nisi et dominatus fueris nostris? Reuera induxisti nos in terram q fluit riuis: lactis: et mellis: et dedisti no-

bis possessiones agrorum et vinearū? An et ocu los nros vis emere? Nō venimus. Gratulqz moy ses valde. ait ad dominum. Ne recipias sacrificia eoz. Tu scis q nec aselium qdem vnqz accep perim ab eis: nec afflixeris quempiā eoz. Dixit qz ad chore. Tu et omnis pgregatio tua state seorsum coram dño. et aaron die crastino seperatum. Tollite singuli thuribula vra: et ponite sup ea incensum offerentes dño ducenta quinqinta thuribula: aarō quoqz teneat thuribulum suū. Qd cum fecissent stantibus Moysē et aarō et coacer uassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostum tabernaculi: apparuit cunctis gloria dñi. Locutusqz dominus ad moysen et aaron ait. Se paramini de medio pgregationis huius ut eos repente disperdam. Qui ceciderunt pni in facie atqz direunt. Fortissime deus spirituꝝ vniuerse carnis num vno peccante ptra oēs ita deseui et. Et ait domin⁹ ad Moysen: Prece pni in facie atqz direunt. Fortissime deus spirituꝝ vniuerse carnis num vno peccante ptra oēs ita deseui et. Et ait domin⁹ ad Moysen: Prece pni in facie atqz direunt. Fortissime deus spirituꝝ vniuerse carnis num vno peccante ptra oēs ita deseui et. Et ait domin⁹ ad Moysen: Prece pni in facie atqz direunt. Fortissime deus spirituꝝ vniuerse carnis num vno peccante ptra oēs ita deseui et. Et ait domin⁹ ad Moysen: Prece pni in facie atqz direunt. Fortissime deus spirituꝝ vniuerse carnis num vno peccante ptra oēs ita deseui et. Et ait domin⁹ ad Moysen: Prece pni in facie atqz direunt. Fortissime deus spirituꝝ vniuerse carnis num vno peccante ptra oēs ita deseui et. Et ait domin⁹ ad Moysen: Prece pni in facie atqz direunt. Fortissime deus spirituꝝ vniuerse carnis num vno peccante ptra oēs ita deseui et. Et ait domin⁹ ad Moysen: In h scietis q dñs miserit me ut facerem vniueria q cernitis et nō ex pprio ea corde ptulerim. Si pscuta hominum morte interierint et visitauerit eos plaga q et ceteri visitari solent: nō misit me dñs. sicutem nouam rem fecerit dñs et aperiens terra os suū deglutiat eos et omnia q ad illos ptnet. descederuntq viventes in infernū scietis q blasphemarunt dñm. Confecti igit ut cessauit loq: disrupta est terra sib ppedibus eoz et apiens os suū deuorauit illos cum tabernaculis suis et vniuersa sba eoz. Descenderuntq vui in infernum opti hūo et perierunt de medio multitudinis. At vero omnis israel q stabat p gry fugit a clamore pereuntium dicens: Ne forte nos terra deglutiat. Sz et ignis egressus a domino interfecit ducētos qnquaqinta viros q offerebant incensum. Locutus qz ē dominus ad Moysen dicens: Prece eleazar filii aaron sacerdoti ut tollat thuribula que iacent in incendio. et ignem hoc illucqz dispergat riuum: pducatqz ea in laminas et affigat altari eo q oblatum sit in eius incensum dño. et sacrificia ta sint ut cernant ea p signo et monumento filiis israel. Tullit g eleazar sacerdos thuribula enea: i quibus obtulerant hi quos incendū deuorauit. et pduxit ea in laminas affigens altari. ut habeant postea filii israel quibus pmonerent. ne qd accedat alienigena. et qui non ē de semine aaron ad offerendum incensum domino ne patias sicut passus ē chore et omnis pgregatio eius loquente

Numeri.

dño ad moysen. **M**urmurauit autē oīs multitu do filiorū israel sequenti die p̄tra moysen et aarō dicens. **G**os interfecisti populu dñi. **L**ūqz oī retur seditio et tumultus incresceret. **A**boyles et aaron fuderunt ad tabernaculū federis. **Q**uod postqz igressi sunt operuit nubes et apparuit glo ria dñi. **D**ixitqz dominus ad moysen. Recedite de medio huīs multitudiniū: etiaqz nunc delebo eos. **L**ungz iacerent in terra: dixit aboyles ad aaron. Zolle thuribuluz: et hauſto igne de altari mitte incensum desuper: p̄gens cito ad populum ut roges pro eis. **I**am enī egressa ē ira a domino et plaga defeuit. **Q**uod cum fecisset aarō et cucur risset ad mediā multitudinē quam iam vastabat incendiū obtulit thymiam et stans inter mortui os ac viuentes pro populo depeccatus ē: et plaga cessauit. **F**uerunt autē qui percussi sunt quattuor decim milia hominum et septingenti absqz his q pierant in seditione chore. **R**eversusqz ē aaron ad moysen ad ostiu tabernaculū federis postqz quietuit interitus.

.XVII.

Hoc locutus ē dñs ad moysen dicens. **V**o quere ad filios israel: et accipe ab eis vir gas singulas per cognatiōes suas a cū etis principibus tribuū virgas duodecim et vni uscuusqz nomen superscribes virge sue. **N**omē autē aaron erit in tribu leui: et vna virga cunctas eorū familias continebit: donecqz eas in taberna culo federis coram testimonio vbi loquar ad te. **Q**uā ex his elegero germinabit virga eius: et co bibebo a me querimonia filiorū israel: quibus contra vos murmurant. **L**ocutusqz ē moyses ad filios israel: et dederunt ei omnes principes vgas per singulas tribus. **F**ueruntqz virge duodecim absqz virga aaron. **Q**uas cum posuisset moyses coram dñi in tabernaculo testimoniū sequēti die regressus inuenit germinasse virgā aarō ī domo leui: turgentibus gēmis eruperant flores qui foliis dilatatis in amygdolas deformati sunt. protulit ḡ moyses oēs vrgas de conspectu domini ad cunctos filios israel: videruntqz et receperunt singuli vgas suas. **D**ixitqz dñs ad moysen. Re fer virgam aaron in tabernaculū testimoniū ut ser uetur ibi in signū rebellii filiorū israel: et quiescat querele eorū a me ne morianē. **F**ecitqz moyses si cut precepit dñs. **D**ixerūt at filii israel ad moy sen. Ecce consumpti sumus: oēs peribim⁹. **Q**ui cunqz accedit ad tabernaculū dñi morit⁹. **N**ū v̄ qz ad internitionem cuncti delendi sumus?

Dixitqz dñs ad aaron. Tu .XVIII. et filii tui et domus patris tui tecū porta bitis iniuitatē sanctuarī: tu et filii tui simū sustinebitis peccata sacerdotiū vestri. Sed et fratres tuos de tribu leui et sceptrū patris tui sume tecum: p̄flosqz sint et ministrēt tibi. Tu autē et filii tui ministrabitis in tabernaculo testimoniū. **E**xcubabūtqz leuite ad precepta tua et ad cūcta opera tabernaculū: ita dūtaxat ut ad yasa sanctu

ariū et altare non accedant ne et illi morianē et vos pereatis simul. **S**unt autē tecū et excubēt in custo diū tabernaculi et in vībus ceremoniis eius. alie nigra non miscebūt yobis. **E**xcubate ī custodia sanctuarī et in ministerio altaris: ne orat idignatio super filios israel. **E**go dedi vobis fratres vestros leuitas de medio filiorū israel: et tradidi donum dño ut seruant in ministeriis tabernaculū eius. Tu autē et filii tui custodite sacerdotiū vestrū et oīa que ad cultū altaris p̄tinent et intra velū sint: per sacerdotes amministrabūt. **S**i quis extenus accesserit: occidetur. **L**ocutusqz ē dñs ad aaron. Ecce dedi tibi custodiā primitiarū mearū. **O**mnia que sacrificant a filiis israel tibi tradi di et filii tuis pro officio sacerdotali legitia semi piterna. **H**ec ḡ accipies de his que sacrificant: et oblata sunt dñi. **O**mnis oblatio et sacrificium et quicquid pro peccato atqz delicto reddit⁹ mihi et recedet in sanctasancorā: tuū erit et filiorū tuorum: in sanctuario comedes illud. mares tantu edent ex eo: quia consecratū ē dñi. **P**rimitias autē quas voverint et obtulerint filii israel: tibi dedi et filii tuis ac filiabus tuis iure ppetuo. Qui mundus ē in domo tua: vescetur eis. **O**mnes medullam olei et vini ac frumenti: quicquid offerunt primitiarū dñi tibi dedi. **U**niversa frugū intia que gignit humus et dñi deportant: cedet ī vſus tuos. Qui mūndus est in domo tua: vescetur eis. **O**mne quod ex voto reddiderint filii israel tuū erit. Quicquid primū erūpet et vnlua cuncte carnis quā offerūt dñi sive ex hominibus sive dñi peccoribus fuerit: tuū iuris erit: ita dūtaxat ut p̄ hominis primogenito preciū accipias: et omne aīal quod imundum est redimi facias: cuius redēptō erit post vnu mensem: scilicet argenti quinqz pondere sanctuarī. scilicet viginti obolos habet. **P**rimogenitū autē bouis et ovis et capre non facies redimi: quia sanctificata sunt dñi. **S**anguinē tātū eorū fundes super altare et adipes adolebīt sua uiuissimū odoē dñi: carnes vero in vſum tuū cedent: sicut pectusculū consecratū et armis dexter tua erunt. **O**mnes primitias sanctuarī q̄s offerūt filii israel dñi tibi dedi et filii ac filiabū tuis iure perpetuo. **P**actū salis ē sempiternū coram dñi tibi ac filiis tuis. **D**ixitqz dñs ad aaron. In terra eorū nihil possidebitis nec habebitis p̄tē inter eos. **E**go pars et hereditas tua in medio filiorū israel. **F**ilius autē leui dedi oēs decimas israel ī possessionē pro ministerio quo seruūt mihi in tabernaculo federis ut non accedat vltra filii israel ad tabernaculū nec cōmittant peccatum mor tisferū solis filiis leui mihi in tabernaculo seruētibus et portantibus p̄tā populi. **L**egitimum semipiternū erit in generatōibus vestris. **N**ihil alīs possidebunt decimaru oblatione contenti quas in vſus eorū et necessaria separavi. **L**ocutusqz ē dñs ad moysen dicens. **P**recipe leuitis atqz denūcia Cum acceptis a filiis israel decimas quas dedi

Numeri.

vobis: primitias eorum offerte domino. i. decima ptez decime ut repuretur vobis in oblatione primitiorum: tam de arcis quod de torcularibus et vniuersorum quoru accipitis primitias offerte domino et date ea aaron sacerdoti. oia que offeretis ex decimio et in donaria domini se parbitis optia et electa erunt cuncta dicesque ad eos. Si preclara et meliora queque ob tuleris ex decimis: reputabitis vobis quasi de area et torculari dederitis primitias et cemodetis eas in oibus locis vestris: tam vos quod familie vestre quia piecum est pro ministerio quo servitis in tabernaculo testimoniu: et non peccabitis super h: egregia vobis et pingua reservantes: ne pollutas oblationes filiorum israel et moriamini. XI.

Hocutusque est dominus ad moysen et aaron dicens. Ista est religio victimae quaz constituit dominus. Precepit filii israel ut adducant ad te vaccam rufam etatis integre in qua nullala sit macula nec portauerit inguz: tradesque eam eleazaro sacerdoti. Qui educta extra castra imolabit in conspectu omnium: et tingens digitus in sanguine eius asperget contra fores tabernaculi septem vicibus: ciburetque eam cunctis videntibus tam pelle et carnis eius quod sanguine et simo flame traditis. Lignum quoque cedrinum et hyssopum coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammaz que vaccam vorat. Et tunc demum lotis vestibus et corpore suo: ingredies in castra: comedaculatusque erit usque ad vesperum. Sed et ille qui combusserit eam: lauabit vestimenta sua et corpus et imundus erit usque ad vesperum. Colligit autem vir mundus cineres vacce et effundet eos extra castra in loco purissimo: ut sint multitudini filiorum israel in custodi et in aquam aspersionis: quia pro peccato yacca combusta est. Quaque lauerit qui vacce portauerit cineres vestimenta sua: imundus erit usque ad vesperum. Habet hoc filii israel et aduenient qui habitant inter eos sanctum iure perperuo. Qui te tigerebat cadaver hois: et per hoc septem diebus fuerit imundus: aspergetur ex aqua die tertio et septimo: et sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit: septimo non poterit emundari. Deus qui te tigerebat humane aie morticinum: et aspersus hac combustione non fuerit: polluet tabernaculum domini et pibit ex israel. quia aqua expiationis non est aspersus: imundus erit et manebit spurcitia eius super eum. Ista est lex hois qui moutur in tabernaculo. Hoc qui ingrediuntur tetorii illius et vniuersa vas que ibi sunt: polluta erunt septem diebus. vas quod non habuerit operculum nec ligaturam defuerit: imundus erit. Si quis in agro tigerebat cadaver occisi hois: aut per se mortui sive os illius vel sepulchrum: imundus erit septem diebus. Tollentque de cineribus obustionis atque peccati: et mittent aquas vias super eos in vas: in quibus cum hoc mundus tinxerit hyssopum: asperget ex eo oestentium et cunctam suppellecile: et hois huiuscemoedi contagione pollutos: atque hoc modo mundus

lustrabit imundus tertio et septimo die: lauabit se et vestimenta sua: et imundus erit usque ad vesperum. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus: pibit aia illius de medio ecclesie: quia sanctuarium domini poluit: et non est aqua lustrationis aspersus. Erit hoc preceptum legitimum semperternum. Ipse quoque qui aspergit aquas lauabit vestimenta sua. Deus qui tetigerit aquas expiations: imundus erit usque ad vesperum. Quicquid tetigerit imundus: imundus faciet: et aia que hoc quidpiam tetigerit imunda erit usque ad vesperum.

.XX.

Enerruntque filii israel et ois multitudo in desertu sin mense primo et mansit populus in cades. Adorauitque eibi maria et sepulta in eodem loco. Tunc indigeret aqua populus: quenarunt aduersum moysen et aaron et uerbi seditionem dixerunt. Utinam perisse inter fratres nostros coram domino. Cur eduxisti ecclesiam domini in solitudinem: ut et nos et nostra iumenta moriamur? Quare nos fecistis ascendere de egypto et eduxisti in locum istum pessimum qui seru non potest: quod nec sicut gignit nec uineas: nec malagranata: insuper et aquam non habet ad bibendum? Ingressusque moyses et aaron. dimissa multitudine in tabernaculo federis: coruerunt proni in terraz clamaueruntque ad dominum atque dixerunt. Bene deus audi claramorem huius populi et aperi eis thesaurum tuum fontes aque uine: ut satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Tolle uirga et congrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram coram eis: illa dabat aquas. Tunc eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tunc igitur moyses uirgam que erat in conspectu domini sicut precepit ei: congregata multitudine ante petram: dixitque eis. Audite rebelles et increduli. Num de petra haec nobis aqua poterimus euicere? Tunc eleuasset moyses manu percutiens uirgam silem: egressae sunt aquae largissime: ita ut populus biberet et uincenda. Dixitque dominus ad moysen et aaron: quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis israel: non introduceretis hos populos in terram quam dabo eis. Hec est aqua contradictionis ubi uirgati sunt filii israel contra dominum: et sacrificatus es in eis. Ali si interea nuncios moyses et cades ad regem edo qui dicenter. Hec mandat frater tuus israel. Non omne labore qui apprehendit nos: quod descendenter patres nostri in egyptum: et habitauerintque ibi multo tempore: affluerintque nos egypti et pres nostros: et quod clamauerimus ad dominum et exaudierit nos: misericordia angelum qui eduxerit nos de egypto. Ecce in urbe cades que est in extremis finibus tuis positi: obsecramus ut nobis transire liceat per terram tuam: non ibimus per agros nec per uineas: non bibemus aquas de puteis tuis: sed grademur uia publica nec ad dextram nec ad sinistram declinantes donec transamus terminos

Numeri.

tuos. Cui respondit edom. Non transibis per me. Alioquin armat occurra tibi. duxeruntq; filii israel. Per tritā grademur viā et si biberum? aq; tuas nos et pecora nostra: dabimus quod iustus est. Nulla erit in precio difficultas: tantū velociter transēam. At ille respondit. Non transibitis. Statimq; egressus ē obuius cum infinita multitudine et manu forti: nec voluit acquiescere deprecanti ut concederer transitū per fines suos. Quā obrem diuicit ab eo israel. Cumq; castra mouisent de cades: venerunt in montem horū qui ē in finibus terre edom: ubi locutus ē dñs ad moysen dicens. Pergat inquit aaron ad populos suos. Non enī intrabit terra q; dedit filius israel: eo q; incredulus fuerit om̄i meo ad aquas contradictionis.olle aaron et filiū eius cum eo: et duces eos in montem horū. Cumq; nudaueris patres vestiū: indues ea eleazarū filiū eius: et aarō col ligetur et morietur ibi. fecit moyses ut precepat dñs: et ascenderunt in monte horū corā dī multū dñe. Cumq; aaron spoliasset vestibus suis: iduit eis eleazarū filiū eius. Illo mortuo in montis su pericilio descendit cum eleazaro. His autē multi tū videns occubuisse aaron fleuit super eo tristitia diebus per cunctas familias suas. XXI

Ed cum audisset chananeus rex arad q; habitabat ad meridiē venisse s. israel per exploratorū viam: pugnauit ḡtra il lum et victor existens duxit ex eo predam. At istrō voto se dño obligans ait. Si tradideris populū istū in manu mea: delebo vibes eius. Exaudiret q; dñs preces israel: et tradidit chananeū: quez ille interfecit subuersis urbibus eius. et uocauit no men loci illi^o horma. i. anathema. Profecti sunt autē de monte horū per niam que ducit ad mare rubrum ut circuirent terrā edom. Et tedere cepit populu itineris ac laboris: locutusq; contra dñm et moysen ait. Ur eduxisti nos de egypto ut more remur in solitudine? Beest panis non sunt aque aia nostra iam nauusat super cibo isto leuissimo. Quāobrem misit dñs in populū ignitos serpentes: ad quoru plegas et mortes plurimoru: uenerunt ad moysen atq; dixerunt. Peccauimus: q; locuti sumus cōtra dñm et te. ora ut tollet a nobis serpentes. Quāuit moyses pro populo. Et locutus ē dñs ad eum. Hae serpente enē et pone eum pro signo. Qui pcussus aspergerit eū: uiuet. fecit g; moyses serpentē enē et posuit eū pro signo. Quem cum pcussi aspicerent: sanabant. Profectiq; filii israel castrametati sunt in oboth. Unde egressi fixere tentoria in iebariz in solitudine q; respicit moab contra orientalē plagam: et ide mouentes uenerūt ad torrentē zareth. Quā reliquētes castrametati sunt contra arnō que ē in deserto: et peerminet in finibus ammorei. Siquidē ar non terminus ē moab: dividens moabitas et ammoreos. Unde dicitur i libro bellorū dñi. Sicut feci: in mari rubro: sic faciet in torrentibus arnō

Scopuli torrentiū inclinati sunt ut requiescerent in arnon et recuberent in finibus moabitariū. Ex eo loco apparuit puteus: super quo locutus ē dō minus ad moysen. Congrega populū et dabo ei aquā. Tunc cecinit israel carmen istud. Ascendat puteus: cōcinebant: puteus quē foderunt principes et parauerunt duces multitudinis in datorē legis et in baculis suis. Profecti sunt de solitudine mathana: de mathana in nab. alibel. de nabali bel in bamoth. Bamoth uallis ē in regione moab in vīce phasga: quod respicit cōtra desertū. Visit autē israel nuncios ad seon regem amōreō dicens. Obscurō ut transire mibi liceat p terram tuā. Non declinabimus in agros et uineas: non bibemus aquas ex puteis: via regia grademur: donec transeamus terminos tuos. Qui cōcedere noluit ut transiret israel per fines suos quipotius exercitu congregato egressus ē obuiam in desertum et venit in iasa: pugnauitq; cōtra eū. A quo percussus ē in ore gladii et possessa ē terra eius ab arnō usq; ieboc et filios amōne: q; soe presidio tenebant sermini ammonitarū. Tulit g; israel oēs ciuitates eius et habitauit in urbib; amōrei in esebon. s. et uiculis eius. Urbs esebon fuit seon regis amōrei qui pugnauit cōtra regem moab: et tulit omnē terram que ditionis illi^o fuerat usq; ad arnon. Idecirco dicitur in prouerbio: Venite in esebon: edificerur et cōstruaf ciuitas seon. Ignis egressus est de esebon: flāma doppido seon: et decolorauit arnon moabitariū et habitatores excelsoru arnon. Ue tibi moab persitti popule chamos. Sed filios eius in fugam et filias in captiuitatē regi amōreorū seon. Ingum ipsorum disput ab esebon usq; dibon: lassi peruerterunt in iophe et usq; madaba. Habitauitq; israel in terra amōrei. Visit itaq; moyses qui explorarent iazer: cuius ceperunt uiculos et possederunt habitatores. Uerteruntq; et ascenderūt per uiam basan et occurrit eis og rex basan cū omni populo suo pugnaturus in edrai. Dixitq; dominus ad moysen. Ne timeas eū: quia i manu tua tradidi illum et oēm populū ac terram eius: faci esq; illi sicut fecisti seon regi amōreorū habitatori esebon. Percusserunt igitur et hūc eū filius suis: uniuersumq; populū eius usq; ad intermitiōnem et possederunt terram illius. XXII.

Rofectiōz castrametati sunt in campi stribus moab: ubi trās iordanem hiericho sita ē. Uidens autē balac fili⁹ sephorū que fecerat israel amōreo: et q; ptimuisserent eum moabite et impetu eius ferre non possent: dixit ad maiores natu madian. Ita delebit hic populus oēs qui in nostris finibus cōmorant: quō solet bos herbas usq; ad radices capere. ipē at erat eo tpe rex in moab. Visit g; nuncios ad ba laam filium beor ariolum: qui habitabat sup flu men terre filiorū ammon: ut uocarent eum et dicere. Ecce egressus ē populus ex egypto q; opuit

Numeri.

superficiem terre sedens contra me. Veni igitur et maledic populo huic qui fortior me est: si quō possim peccare et euincere euz de terra mea. Noui enim q̄ benedictus sit cui benedixeris: et maledictus in quē maledicta cōgesseris. Perrexerūtqz seniores moab et maiores natū madian habētes dūmātiōis p̄ciū i manib⁹. Lūqz venissēt ad balaam et narrassent ei ḥnia verba balac ille r̄udit. Manete hic nocte. et r̄ndebo quicqd dixerit mihi domin⁹. Manentibus autem illis apud balā venit de⁹ et ait ad eū. Quid sibi volunt homines isti apud te? Respōdit balac fili⁹ sephor. rex moabitum misit ad me dicens. Ecce populus qui egressus est de egypto operuit superficiem terre. veni et maledic ei: si quo mō possim pugnās abigere eum. Dixitqz deus ad balaā. Noli ire cum eis neqz maledicas populo. qz b̄sdictus ē. Qui manc consurgēs: dixit ad p̄ncipes. Ite in terraz v̄ram qz p̄hibuit me de⁹ venire vobiscū. Reuer si p̄ncipes. dixerunt ad balac. Moluit balaā ve nire nobiscū. R̄ usqz ille multo plures et nobiliores qz ante miserat misit. Qui cum venissent ad balaam dixerūt. Sic dicit balac fili⁹ sephor. Ne cōteris venire ad me. paratū hēo honorare te. et q̄cquid volueris dabo tibi. Veni et maledic pplo isti. R̄udit balaā. Si dederit mihi balac domū suā plenā argēti et auri non potero imutare v̄bi domini dei mei: vt vel plus vel min⁹ loquar. Ob fecro vt etiā hic maneatis hac nocte. vt scire que am quid mihi rursus respōdeat dñs: Uexit ḡ de⁹ ad balaā nocte. et ait ei. Si vocare venerūt te homines isti: surge et vade cū eis: ita dūtaxat ut qd̄ tibi p̄cepero facias. Surrexit balaā mane. et strata asina pfectus ē cū eis. Et iratus ē de⁹. Stetit qz āgelus dñi in via cōtra balaā q̄ sedebat asine et duos pueros habebat sc̄cū: Cernens asinā an gelū stantē in via euaginato gladio. auertit se de itinere. et ibat per agrum. Quaz cum verberarz balaā et vellet ad sc̄mitā reducere. stetit angelus in angustis duarū maceriarū qbus vinee cingebantur. Quem videns asina iunxit se parieti: et attrinx sedentis pedem. At ille iterum v̄berabat cā et nibulomin⁹ āgel⁹ ad locū āgustū trāsiēs vbi ncc ad dexteram nec ad sinistram poterat deviari. obuius stetit. Lunqz vidisiet asina angelū stā tem. cōcidit sub pedib⁹ sedentis. Qui irat⁹ vehe mentius cedebat. fuste latera ei⁹. Aperuitqz dñs os asine. et locuta est. Quid feci tibi: cur p̄cūs me ecce iam tertio? R̄udit balaā. qz cōmeruisti et il lusisti mihi. Utinam haberem gladium vt te pecuterem. Dixit asina. Nonne animal tuum sum. cu i semp sedere cōsuesti vsqz in p̄ntem diem: die qui d simile vnqz fecerī tibi? At ille: nunqz. Pro tunus dñs aperuit oculos balaam et vidit āgelū stantem in via euaginato gladio: adorauitqz eū p̄nus in terram. Lui angelus. Lur ingt tertio v̄ beras asinam tuā: Ego veni vt aduersarer tibi. quia peruersa est via tua. miliqz cōtraria. Et ni

si asina declinasset de via dans locum resistenti: te occidissem et illa viueret. Dixitqz balaā: Nec caui. nesciēs q̄ tu stares cōtra me. Et nūc si dis plicet tibi vt vadam reuertar. Aut angelus. Vade cum istis et caue ne aliud qz p̄cepo tibi loquaris. Iuit igitur cū p̄ncipib⁹. Qd̄ cum audisqz balac. egressus ē in ocurrūz ei⁹ i oppido moabitaz qd̄ sitū ē in extremis finib⁹ arnon. dixitqz ad balaaz. Misi nūtios ut vocaret te. Lur nō stati. venisti ad me. An qz mercedē adiuētui tuo reddere neq̄o. Lui ille r̄udit. Ecce adsum. Nūqd̄ loqui potero aliud nisi qd̄ deus posuerit in ore meo. Perrexe rūt ergo simul et venerūt in vrbez que i extremis regni eius finib⁹ erat. Lūqz occidisset balac bo ues et oues misit ad balaam et p̄ncipes q̄ cū eo erant munera. Mane autem facto. duxit eum ad excelsa baal. et iuit⁹ ē extrema p̄te ppli. .XXIII. Ixitqz balaaz ad balac. Edifica mibi hic septem aras et para totidē vitulos: eius demiqz numeri arietes. Lūqz fecisser iuxta sermonē balaā iposuerūt simul vitulū et arietem sup aram. Dixitqz balaam ad balac. Sta paulis per iuxta holocaustū tuū donec vadā si forte occurrat mihi dñs: et qd̄cūqz impauerit loqr̄ tibi. Lūqz abiūset velociter: occurrit illi deus. Locutusqz ad eum balaā: septem ingt aras erexi. et im posui vitulum et arietem desup. Domin⁹ aut̄ posuit verbum i ore eius et ait. Reuertere ad balac: et hec loqueris. Reversus inuenit balac stante iuxta holocaustū suū et oēs p̄ncipes moabitaz: assūptaqz pabola sua. dixit: De arā adduxit me balac rex moabitaz. de motibus orūtis. Veni inquit et maledic iacob. p̄p̄ra et detestare israel. Nūo maledicā: cui nō maledixit deus: Qua ratione detester. quā dñs detestat. Be summis cilicib⁹ videbo eū: et de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit et inter gētes non reputabitur. Quis dūnumerare possit pulucrez iacob. et nosse numerū stirpis israel: Mōuak aia mea morte iustorū. et siant nouissima mea horum similia. Dixitqz balac ad balaā: Quid ē hoc qd̄ agis? Ut malediceres ūnicis meis vocauit te et tu ecōtrario benedicis eis: Qui ille r̄udit: Nū aliq̄ possim loqui: nisi qd̄ iussit dñs? Dixit ḡ balac. Veni mecum in alterum locū. vñ p̄tez israel videas. et totum videre non possis: inde maledicito ei. Lūqz duxisset eum in locum sublimē sup verticē montis phasga: edificauit balaam septem aras. et impositis supra vitulis atqz arietibus. dixit ad balac. Sta h̄ iuxta holocaustū tuū donec ego obuius pergam. Lui cuz dñs occurriset. posuis setqz verbum i ore eius ait. Reuertere ad balac: et hec loqueris ei. Reversus inuenit eum stante iuxta holocaustū suū et p̄ncipes moabitaz cum eo. Ad quem balac: Quid inquit locutus est dominus? At ille assūpta parabola sua ait. Sta balac: et ausculta. audi fili sephor: Non est deus quasi homo vt mentiatur. nec vt filius hominis

Numeri.

vt mutet. Dixit ḡ t nō sasset: locutus est t nō implebit. Ad bñdicendū adductus suz: bñdictionē phibere nō valeo. non est idolum in iacob. nec videſ simulacru in israel. Dominus deus eius cū eo est. t clangor victorie regis cū illo. Deus eduxit illū de egypto cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Non est auguriū in iacob: nec diuinaſtio in israel. Epibus suis diceſ iacob t israel: qd operatus sit deus. Ecce populus vt leena cōſurget. t quasi leo erigeſ. Non accubabit donec de uoret p̄dam: t occisoſ sanguineſ bibat. Dixitqz balac ad balaā: Nec maledicas ei nec bñdicas. Et ille: nōne ait dixi tibi. q̄ q̄qd mibi deus imperet hoc facerē. t ait balaac ad eum: Ueni t duca te ad aliū locū: si forte placeat deo vt inde maledicas eis. Lūqz dixiſſet eū ſuper verticē montis phogor qui respicit ſolitudinē dixit ei balaā: Edifica mihi hic ſeptē aras: t para totidez vitulos: eiusqz numeri arietes. Fecit balac vt balaaz dixerat. imposuitqz vitulos et arietes per ſingulaſ aras.

XXIII.

Sixqz vidifſſet balaā q̄ placeret domino ut bñdiceret israeli nequaqz abut ut an perrexerat vt auguriū q̄reret. Sz diriges cōtra desertū vultū ſuū. t eleuās oculos vidit israel in tētoriis cōmoratē p tribus suis t irruēte iſe ſpū dei: aſſūpta parabola ait: Dixitqz balaaz filius beoz: dixit hō cuius obturatus eſt oculus. dixit auditor ſermonū dei qui viſionē oipotētiſ intuitus eſt. qui cadit t ſic operiuntur oculi eius. Quam pulcra tabernacula tua iacob. t tentoria tua israel: vt vales nemorofc: vt horti iuxta fluiſ os irrigui: vt tabernacula que fixit dominus: q̄ſi cedri ppe aquas. Fluſt aqua de ſtūla eius. t ſe mē illius eſt in aq̄ſ multas. Tolleſ ppter agag rex eius: t auſeret regnū illius. Deus eduxit illū de egypto: cuius fortitudo ſimilis eſt rhinoceros. Reuorabūt gētes hostes illius: oſſaqz eoz cōfīgent. t pforabūt sagitt̄. Accubās dormiuit vt leo t quaſi leena quaſi fuſcitare nullus audiebit. Qui bñdixerit tibi erit et ip̄e bñdictus: q̄ maledixerit tibi in maledictiōe reputabif. Iratusqz balac cōtra balaā. q̄ploſie manib̄ ait: ad maledicedū iniſiſ meiſ vocauit te: q̄b̄ extrario tertio bñdixisti. Reuertere ad locū tuū. Decreverā qđē magnificē honorare te: ſed dñs p̄uabit te honore diſpoſito. Respōdit balaā ad balac: Nōne nūcius tuis quos miſiſt ad me dixi. ſi dederit mihi balac ple na domū ſuā argēti et aurinō potero pterire ſermonē dñi dei mei: vt vel boni vel mali qd pferā ex corde meo. Sz q̄qd dñs dixerit hoc loqr. Uex tñ perges ad populu meū dabo tibi cōſiliū quid populus tu⁹ populo huic facit extremo tpe. ſupta igif parabola. rurſū ait: Dixit balaaz fili⁹ beoz. dixit hō cui⁹ obturat⁹ eſt oculus. dixit auditor ſermonū dei q̄ nouit doctriṇā altissimi. t viſiōes oipotētiſ videt: q̄ eadēs aptos h̄z oculos. Videbo eū ſz nō mō. ituebor illū ſz nō ppe. Quel ſtella

ex iacob. t cōſurget v̄ga d̄ israel. t p̄curiet duces moab. vastabitqz oēſ filios ſeth. t erit idumea poſſefio eius. Hereditas leyr cedet inimicis ſuis: ifrael vero fortiter aget. De iacob erit q̄ dñef. t p̄dat reliqas ciuitatis. Lūqz vidifſſ amalech: aſſūmēſ parabola ait: Pr̄incipiū gētiū amalech: cui⁹ extrema p̄dēt. Uidit quoqz cyneuz: t aſſūpta parabola ait: Robustū qdē ē hitaculū tuū: ſz ſi i p̄tra posueris nūdū tuū. t fueris elect⁹ d̄ ſtripe cyn qđiu p̄t eris pmanere? Aſſur eni⁹ capiet te. Al ſuptaqz parabola itez locut⁹ ē. Hen q̄s vici⁹ ē q̄n iſta faciet deus? Veniet i trieribus d̄ italia: ſuperabūt affyrios. vastabūtqz hebreos. t ad extre muē et ip̄i pibūt. Surrexitqz balaā. t reuerſus eſt in locū ſuū: balac quoqz via q̄ venerat. rediit.

Sixqz dixiſſet balaā t ſeſtim: t ſomicat⁹ ē ppls cū ſiliabus moab. q̄ vocauerūt eos ad ſacrificia ſua. At illi comedēt. t adorauerūt deos eaz. Initiatuſ qz eſt israel beelphegor. Et iratus dñs ait ad moysen: Tolle cūctos p̄ncipes populi. t ſuſpede eos cōtra ſolē in patibulis: vt auertat ſyror meus ab israel. Dixitqz moyses ad iudices iſiſ. Occidat vnuſqz proximos ſuos q̄ initiati ſunt beelphegor. Et ecce vnuſ de filiis israel intravit coram fratribus ſuis ad ſcorum madianiten. viidente moysē t omni turba filiorū israel qui ſlebant ante ſores tabernaculi. Quod cum vidifſſet phinees filius eleazar filii aaron ſacerdotis. ſurrexit de medio multitudinis. t arrepto pugioē igressus ē post vix israelite in lupanar t pforat abos ſimul virū. ſ. t mulierē in locis genitalib⁹. Lessauitqz plaga a filiis israel. t occisi ſunt vigiliq̄ntuor milia hominū. Dixitqz dñs ad moysen: Phinees fili⁹ eleazar filiū aaron ſacerdotis querit irā meā a filiis israel: q̄ zelo meo cōmol⁹ ē p̄tra eos: vt nō ip̄e delerē filios iſr̄i zelo meo. Idcirco loq̄re ad euſ: Ecce do ei pacē federis mei. t erit tā ip̄i qz ſemini eius pactū ſacerdotii ſempiternum: qz zelatus eſt pro deo ſuo. et expiauit ſcelus filiorum israel. Erat autem nomen israelite qui occiſus eſt cum madianite zambū filius ſalumi: dux dē cognitione t tribu ſymeonis. Porro mulier madianitis que pariter interfecta eſt vocabatur cozbi: filia ſur principis nobilissimi madianitarum. Locutuſqz eſt dominus ad moysen dicens: Hostes vos ſentiant madianite t percuteſt eos. quia et ip̄i hosti liter egerunt contra vos. et decipere iſidiuſ per idolum phogor. t cozbi filiam ducis madian ſororem ſuam: que percussa eſt in die plague pro ſaſtriglio phegor.

Sixqz noxioum ſanguis effuſſus eſt dixit dominus ad moysen t eleua caruſ ſi lium aaron ſacerdotem: Numerate oēſ ſumma filiorum israel a viginti annis t ſupria per domos t cognitiones ſuas: cūctos qui poſſunt ad bella pcedere. Locuti ſunt itaqz moyles t eleazar ſacerdos i capestribus moab ſuper iordanē

Numeri.

cōtra hiericho ad eos qui erant a vigiti annis et
supra. sicut dñs imparat: quoruū iste ē numerus.
¶ Rubē p̄mogenit⁹ israel. ¶ Qui⁹ fili⁹ enoch a quo
familia enochitarū: et phallu. a quo familia phal
luitaz: et esrō: a quo familia esromitaz et charint
a quo familia charmitaz. ¶ He sunt familie de stir
pe ruben. quarū numer⁹ inuenta ē q̄draginta tria
milia. et septingenti triginta. Filius phallu eliab
huius fili⁹ manuhel et dathan et abiron. Iste sunt
dathon et abiron principes populi q̄ surrexerūt
protra moysen et aaron i seditione chore q̄ aduer
sus dñm rebellauerunt. et apiens terra os suum
deuorauit chore morientib⁹ p̄ urimis. qn̄ obussit
igne ducetosquinq̄ginta uiros. Et factum ē grā
de miraculum: vt chore peunte filii illius nō pe
rirēt. Filii symeon p cognitiones suas manuhel
ab hoc familia manuhelitarum: et iamin: ab hoc
familia iaminitarū: iachin. ab hoc familia iachi
nitarū: zare. ab hoc familia zareitarum: saul. ab
hoc familiū saulitarū. He sunt familie de stirpe
symeon: qrū omnis numer⁹ fuit vigiti duo milia
ducenti. Filii gad p cognitiones suas: sephō. ab
hoc familia sephonitarum: aggi. ab hoc familia
aggitarū: simi. ab hoc familia sinitarum: ožni.
ab hoc familia ožnitarū: her. ab hoc familia her
itarum: arod. ab hoc familia aroditarum: arihel
ab hoc familia arihelitarū: Iste sunt familie gad
qrū ois numer⁹ fuit quadraginta milia quingē
ti. Filii iuda: her et onan: qui ambo mortui sunt i
terra chanaan: Fueruntq̄ filii iuda per cognitiones
suis: sela. a quo familia selaitarum: phares
a quo familia pharesitarū: zare a quo familia za
reitarum. ¶ Oro filii phares: esrom. a quo fa
milia esromitarum. et amul. a quo familia amu
litarum. Iste sunt familie iuda: quārum omnis
numer⁹ fuit septuaginta sex milia quigenti. Filii
isachar p cognitiones suas: thola. a quo familia
tholaitarum: phua a quo familia phuaitarū: ia
sub a quo familia iasubitarum: semran. a quo fa
milia semranitarum. He sunt cognitiones isa
char: quarū numer⁹ fuit sexagintaquattuo milia
trecenti. Filii zabolon p cognitiones suas: sared
a quo familia sareitarum: belon. a quo familia
belonitarum: ialel. a quo familia ialeitarum. He
sunt cognitiones zabolon. qrū numer⁹ fuit sex
ginta milia quingenti. Filii ioseph p cognitiones
suis manasse et ephraim: Be manasse ortus est:
machir. a quo familia machiritarum: Machir
genuit galaad. a quo familia galaaditarum. Ga
laad habuit filios iezer. a quo familia iezeritarū
et elech a quo familia elechitarū: et asribel. a quo
familia asribelitarum: et sechim. a quo familia se
chemitarum. et semida. a quo familia semiditaz
et epher. a quo familia ephiritarum: Fuit autem
epher pater salphaad. q̄ filios non habebat sed
tantum filias. quarum ista sunt nomina. maala et
noa et egla et melcha et thersa. He sunt familie ma
nasse et numer⁹ earū quinquaginta duo milia se

ptingenti. Filii autem ephrami p cognitiones su
as fuerunt he. Suthala a quo familia suthalita
rum: becher a quo familia becheritarum: tchein
a quo familia theenitarū. Oro fili⁹ suthala fu
it: heran. a quo familia heranitarum. He sunt co
gnitiones filiorum ephraim: qrū numer⁹ fuit tri
ginta duo milia quingenti. Ista sunt filii ioseph
p familias suas. Filii beniamin in cognitionib⁹
suis: bale. a quo familia baleitarum: azbel a quo
familia azbelitarū: achiraz a quo familia achi
ritarum: supham a quo familia suphamitarū: Filii bale:
hered et noeman. He hered: familia hereditarū
de noeman. familia noemanitarū. Ista sunt filii bē
iamin. p cognitiones suas: quorum numer⁹ fuit
quadraginta quinq̄ milia sexcenti. Filii dan per
cognitiones suas: suhan a quo familia suhanita
rum. He sunt cognitiones dan per familias su
as. Omnes fuere suhanite: quoruū numer⁹ sexagi
taquattuo milia. quadrigenti. Filii aser p cogna
tiones suas: iessua. a quo familia iessuitarū:
iessui a quo familia iessuitarū: brie a quo familia
brieitarum. Filii brie: haber. a quo familia habe
ritarum: et melchiel a quo familia melchielitarū
Nomen autem filie aser fuit: Sara. He cogni
tiones filiorum aser. et numerus eorum quinqua
ginta tria milia quadringenti. Filii neptalm per
cognitiones suas: iessibel. a quo familia iessibeli
tarū: guni. a quo familia gunitarū: iaser. a quo
familia iaseritarū: seliem. a quo familia sellemi
tarum. He sunt cognitiones filiorum neptalm:
p familias suas quorum numerus quadraginta
quinq̄ milia quadringenti. Ista ē summa filiorū
 die repieris eū. Et ascēderunt i ciuitatē. Lungz
 ambularēt i medio vrbis. apparuit samuel egre-
 diens obuiā eis: vt ascēderet i excelsō. Dñs au-
 té reuelauerat auriculā samuelis an vnam diē qz
 veniret saul dicēs: Hac ipsa hora que nūc ē. cras
 mittā virū ad te de terra beniamin: et vnges eum
 ducē sup pp̄lm meū israel. Et saluabit populus
 meū de manu philistinoz: qz respeti pp̄lm meū.
 Venit cn̄clamor eoz ad me. Lungz aspergisset sa-
 muel saulem dñs dixit ei: ecce vir quē dixeram ti-
 bi. Iste donabīt pp̄lo meo. Accessit autē saul ad
 samuelē i medio porte et ait: Indica ogo mibi. vbi
 ē domus vidētēs: et respōdit samuel sauli dicens
 ego sum vidēs. Ascende ante me i excelsō vt co-
 medas me cum hodie: et dimittam te mane. et oia
 que sunt i corde tuo idicabo tibi: et de asinis qz
 nudiusertins pdidisti ne sollicitus sis qz iuente
 sunt: et cuius erūt optima queqz isrl: nōne tibi et
 omni domui patris tui? Respondens autē saul
 ait. Nūquid non filius gemini ego sum de mīma
 tribu isrl: et cognatio mea nouissima inter omnes
 familias de tribu beniamin? Quare g locut' es
 mihi sermonē istum? Assumens itaqz samuel sau-
 lem et puerum ei'. introduxit eos i trichlinum. et de-
 dit eis locum i capite eoz qui fuerant iuiciati erāt
 enī quasi trigita viri. Lungz samuel coco. Da pte
 quam dedi tibi: et precepi ut reponeres seorsim
 apud te. Lenauit autem cocus armum. et posuit
 ante saul. Lungz samuel. ecce qd remansit pone
 ante te et comedē: quia de idustria seruatam est
 tibi qn̄i populum vocavi. et comedit saul cum sa-
 muele in die illa. Et descendēt de excelsō in op-
 pidum. et locutus ē cum saule in solario. stravitqz
 saul i solario et dormiuit. Lungz mane surrexissent
 et a dies lucesceret. vocauit samuel saulem i sola-
 rio dicēs: Surge vt dimittante. Et surrexit saul.
 Egressi sunt ambo ipse videlicet et samuel. Lungz
 descendēt i extrema parte ciuitatis. samuel di-
 xit ad saul: Dic puerō vt antecedat nos et tran-
 seat. Tu autem subfiste paulisp vt indicē tibi ver-
 bum domini.

Ut autē samuel lenticulaz olei et effudit
 super caput ei'. et deosculatus ē eum. et
 ait Ecce vnxit te dominus super heredi-
 tam suam in principem et liberabis populus suū
 de manibus inimicoz eius qui i circuitu eius sūt
 Et hoc tibi signū: quia vnxit te dominus i princi-
 pem. Lungz abieris hodie a me: iuuenies duos vi-
 ros iuxta sepulcrum rachel in finibus beniamin
 i meridie. dicentqz tibi. Iuuentur sint asine ad qz
 ieras perquirendas. et itermissis pater tu' asinis
 sollicitus ē pro vobis. et dicit. Quid faciam de si-
 lio meo. Lungz abieris me. et ultra transiens et
 veneris ad querum thabor: iuuenient te tres viri
 ascēdentes ad deum i bethel. unus portans tres
 hedos. et aliis tres tortas panis. et aliis portans
 lagenam vini. Lungz te salutaverint dabunt tibi
 duos panes. et accipies de manu eorum. Post h
 venies i collem dñi. vbi est statio philistinorum.
 Et cum ingressus fueris ibi vrbem: obuiam ha-
 bebis gregem prophetarum descendētū de
 excelsō. et ante eos psalteriū et tympanum et tibiā
 et citharam: ipsiqz prophetantes. et insiliet in te
 spūs dñi. et prophetabis eum eis. et mutaberis in
 virum alium. Un ergo iuenerint signa hec oia ni-
 bi: fac quecumqz iuenerit manus tua: qz dñs tecū
 est. Et descendēs ante me i galgala. Ego quippe
 descēdam ad te vt offeras oblationē: et immoles
 victimas pacificas. Septez dieb' expectabis do-
 nec veniā ad te: et ostendaz tibi que facias. Itaqz
 cum auertisset humerū suū vt abiret a samuele i
 mutauit ei deus cor aliud: et venerunt oia signa h
 i die illa. Veneruntqz ad fidicium collez. et ecce cu-
 neus prophetarum obuius ei. Et insiliet super eū
 spūs dñi. et prophetauit in medio eoru. Videlēt
 autem dēs qui nouerant eum heri et nudiuserti'
 qz esset cū prophetis et pphetaret. dixerūt ad iūi-
 cem. Que nā res accidit filio eis. Nū et saul inter
 pphetas. Respōditqz aliis ad alterū dicēs. Et
 quis pater ei'? Propterea versū est i puerbium.
 Nū et saul iter pphetas. Lessavit autē pphetare
 et venit ad excelsō. Dixitqz patr' saul ad eū et ad
 puerū ei'. Quo abistis: Qui respōderūt. Quere-
 re asinas. Quas cū nō repperissem'. venim' ad
 samuelē. et dixit ei patru' suus. Indica mibi qd
 dixerit nobis: qz iuente essent asine. De sermone
 autē regni nō idicauit ei quē locut' fuerat ei samu-
 el. Et conouauit samuel pp̄lm ad dñz i masphat
 et ait ad filios israel. Nec dicit dñs de' israel ego
 eduxi israel de egypto. et erui vos de manu egyptiorum
 et de manu omnium regum qui affligebat
 vos. Vos autem hodie proiecistis dominum de
 un vestrum. qui solus saluavit vos de vniuersis
 malis et tribulationibus vestris. et dixistis. Neqz
 quā: sed regem constitue super nos. Nunc ergo
 pete coram domino per tribus vestras et per fa-
 milias. et applicuit samuel omnes tribus israel. et
 cecidit sors super tribum beniamin. et applicuit

tribū beniamin et cognatiōes ei⁹. et cecidit sup co gnationē methui. et puenit vsq; ad saul filium cis. Quesierūt ḡ eu. et nō est iuent⁹ illuc. Et consulue rūt post h̄ dñm vtrū nā vētur⁹ esset illuc. Rñdit q; dñs: Ecce absconditus ē domi. Excurrerūt ita q; et tulerūt eū inde. stetitq; i medio ppli et altior fuit vniuerso pplo ab humero et sursu. Et ait sa muel ad oēm populū: Certe videtis quem elegit dñs: qm nō sit similis illi in oī populo. Et clama uit ois popul⁹. et ait. Vixit rex. Locutus ē aut sa muel ad populū lagē regni. et scripsit in libro et re posuit coraz dño. Et dimisit samuel oēm populū singulos i domuz suā. Sed et saul abiit i domum suā i gabaa. Et abiit cū eo pars exercitus. quoru tetigerat deus corda. Filiū vero belial dixerunt. Nū saluare nos poterit iste! Et despicerūt eum et non attulerūt ei munera. Ille enī dissimulabat se audire.

XI
A ffernēt est quasi post mēsem ascendit na as amonites. et pugnare cepit aduersuz iabes galaad. dixeruntq; oēs viri labes ad naas. Habeto nos federatos et seruim⁹ tibi. Et rñdit ad eos naas amonites. In h̄ feriam vo bisciū fedus. vt eruā oīum vestrū oculos dextros ponāq; vos opprobiuz in vniuerso isrl. Et dire runt ad eū seniores iabes. Cōcede nobis septē dies. et mittam⁹ nūcios ad vniuersos terminos israel. et si nō fuerit qui defendat nos egrediemur ad te. Venerūt ergo nūci i gabaa saulis. et locuti sūt verba hec audiēte populo. Et leuauit ois po pul⁹ vocem suā. et fleuit. Et ecce saul veniebat se quens boues de agro. et ait: Quid habet popul⁹? et plorat. Et narraverūt ei verba viroyz iabes. et insiluit spūs dñi in saul cū audisset hec verba. et iratus ē furor eius nimis. Et assumēt vtrūq; bo uez concidit i frusta: misitq; in oēs terminos isrl p manū nūciorū dicens: Quicq; non exierit. et secundus fuerit saul et samuel. sic fiet bobus ei⁹. In uasit ḡ timor dñi pp̄lm. et egressi sūt quasi vir vñ⁹ et recēsunt eos i bezeth. Euerūtq; filioy israel trece ta milia: viroyz aut iuda triginta milia. Et dixit nūcius qui venerāt. Sic dicetis viris qui sūt i ia bes galaad. Cras erit yobis sal⁹ cū scaluerit sol. Venerūt ḡ nūci et nūcianerūt viris iabes. Qui letati sūt et dixerūt. Mane exhibimus ad vos. et fac cietis nobis omne qd placuerit yobis. Et factū ē cū dies crastinus venisset. cōstituit saul populū i tres pres. Et iesus ē media castra i vigilia ma tutina et peccus amon vsq; dum icalesceret dies. Reliq aut̄ disp̄si sūt ita ut non reliquerent ex eis duo pariter. et ait popul⁹ ad samuel: Quis est iste q; dixit: saul nō regnabit sup nos! Date viros et iterficiem⁹ eos. et ait saul. Nō occidet quisq; i die hac: q; hodie fecit dñs salutē i israel. Dixit at samuel ad populū. Venite et eam⁹ i galgala: et in nouem⁹ ibi regnū. et prexit ois pp̄ls i galgala. et fecerūt ibi regē saul corā dño. i galgala. Et imola uerūt ibi victimas pacificas corā dño. Et letatus

XII
E st ibi saul et cuncti viri israel nimis. Igitur aut̄ samuel ad vniuersū israel: ecce audiui vocē v̄az iuxta oia q; locuti es̄tis ad me. et cōstitui sup vos regē. Et nunc rex gradit ante vos ego aut̄ senui et canui. Por ro filii mei vobiscū sūt. Itaq; cōversatus coram vobis ab adolescētia mea vsq; ad hāc diē ecce p̄ sto sum. Loquimini d̄ me corā dño et corā christo ei⁹. vtrū bouē cuiusq; tulerim aut̄ asinū si quēq; caluniatus sum. si oppressi aliquē. si de manu cu iusq; mun⁹ accepi. et cōtēnam illud hodie restitu amq; vobis. et dixerūt. Nō es caluniatus nos. neq; oppresisti neq; tulisti de manu alicui⁹ quip piā. Dixitq; ad eos: Testis ē dñs aduersum vos et testis christus ei⁹ i die hac: q; non iueneritis in manu mea quippiā. et dixerūt: Testis. et ait samuel ad populū: Nōs qui fecit moysen et aaron. et edurit p̄ies nr̄os de terra egypti adest. Nunc ergo state ut iudicio cōtēdā aduersum vos corā domino: de oib⁹ misericordiis dñi. quas fecit dñs vobiscū et cū p̄ibus v̄ris quō iacob ingressus est i egyptū. et clamauerūt patres vestri ad dñm. et misit dñs moysen et aaron. et eduxit p̄ies v̄ros d̄ egypto. et collocavit eos i loco h̄. Qui oblii sunt dñi dei sui. et tradidit eos i manus sysare mḡi militie asor et i manus philistinoy. et i manus regis mo ab et pugnaueſt aduersū eos. Postea aut̄ clama uerūt ad dñm et dixerūt Peccauim⁹ q; dereliqui mus dñm. et seruim⁹ baalim et astaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicorū nostrow̄. et ser uiem⁹ tibi: et misit dñs hierobaal et badam et barach et iep̄e et samuel. et eruit vos de manu inimi corū vestrorū p circuitū. et habitastis cōfidenter. Videutes aut̄ q; naas rex filioy amon venisset ad uersum vos: dixistis mihi. neq; q; sed rex imperabit nobis cū dñs deus v̄ regnaret i vobis. Nūc ergo p̄sto ē rex vester q̄ elegistis et petistis. ecce dedit vobis dñs regē. Sitimueritis dñm et ser ueritis vocē ei⁹. et nō exaspereritis os dñi. eritis et vos et rex qui iperat vobis sequētes dñm deuz vestrū. Si aut̄ nō audieritis vocē dñi. sed exaspereritis sermones ei⁹ erit man⁹ dñi sup vos et sup p̄es v̄ros. Sed et nūc state et vide te rez istā gran dē quā factū ēst dñs in cōspectu v̄ro. Nūquid nō messis tritici ē hodie? Inuocabo dñm et dabit voces et pluias: et sciatis et videbitis q; grāde malū feceritis vobis i cōspectu dñi petētes sup vos regē. et clamauit samuel ad dñm et dedit dñs vo ces et pluias i illa die. et timuit ois pp̄ls nimis dñm et samuel. et dixit vniuersis popul⁹ ad sa muelē. Ora p̄ seruis tuis ad dñm deū tuū ut nō moriamur. Addidim⁹ enī vniuersis peccatis nr̄is malū ut peterem⁹ nobis regē. Dixit aut̄ samuel ad populū. Nolite timere. Nos fecistis vniuersū malū h̄. Verūt nolite recedere a tergo dñi h̄ ser uite dñō i oī corde v̄ro et nolite declinare post va na que nō p̄derūt vobis. neq; erueris vos q; vana sūt et nō dereliquerit dñs populū suū ppter nomē

slū magnū: q̄i iſraēl dñs facere vos sibi pplim.
Absit aut̄ a me hoc peccati i dño vt cesseſ orare
p vobis: et docebo vos viā bonā et rectaz. Iḡit ti
mete dñm: et seruite ei i veritate. et extoto corde ve
stro. Elidisti enī magnifica que in vobis gesserit
dñs. Qd si pſeueraueritis in malicia: et vos et rex
vester pariter peribitis.

XIII

Et Iulius vni⁹ anni erat Saul cū regnare ce
pisset: duob⁹ aut̄ annis regnauit super
iſrael. et elegit sibi Saul tria milia de iſrl̄
et erāt cum Saul duo milia in machinas et in mōte
bethel mille aut̄ cum ionatha i gabaa beniamin.
Porro ceterū pplim remisit vnuquqz i taberna
cula sua. et percussit ionathas stationē philistino
rū que erat i gabaa. Qd cū audiſſent philistium.
Saul cecinit buccina i oī terra dicens: Audiant he
brei. et vnuuersus iſrael audiuit huiuscmodi fa
mā: percussit Saul stationem philistinorū. et crexit se
iſrael aduersus philistium. Llamauit ḡ populus
post Saul i galgala. et philistium congregati sūt ad
p̄liandū cōtra iſrael. triginta milia currū: et sex
milia equitū. et reliquū vulgū sicut arena que ē i lit
torē marii plurima. et ascendentis caſrametati
sūt i machinas ad orientem bethauen. Qd cu⁹ vi
dissent viri iſrael se i arto positos afflictus enim
erat popul⁹ absōderunt se in spelūcīs et in abdit⁹:
i petris quoqz et i antris et i cisternis hebrei autē
transierūt iordanē. in terrā gad et galaad. Cūqz
adhuc esset Saul i galgala. vnuuersus pples pterri
tus ē qui ſequebat eu. et expectauit ſeptē diebus
iuxta placitū samuelis. et nō venit samuel i galga
la. Bilapsusqz ē popul⁹ ab eo. Ait ḡ Saul: Aſſerte
mibi holocaustū et pacifica et optulit holocaustū
cunqz cōplesſet offerens holocaustū. ecce samuel
vēiebat. et egressus ē Saul obuiā ei vt ſalutaret eū
Locutusqz est ad eū samuel: Quid fecisti: R̄ndit
Saul. Quia vidi q̄ popul⁹ dilabereſ a me: et tu n̄
veneras iuxta placitos dices. Porro philistini cō
gregati fuerāt i machinas. dix: Nūc deſcendent
philistini ad me i galgala: et faciē dñi nō placari
Necessitate cōpulsus: obtuli holocaustū dño. di
xitqz samuel ad Saul: Stulte egiti: nec cufodisti mā
data dñi dei tui que ſcepit tibi. Qd si nō feciſſes:
iam nūc p̄paraslet dñs regnū tuū ſup iſrael i ſe
piternū. Sed neqz regnū tuū ultra conſurget.
Quiesciunt dñs ſibi virū iuxta cor ſuū. et p̄cepit ei
dñs vt eſſet dux ſup populū ſuū eo q̄ nō ſeruane
ris que p̄cepit dñs Surrexit aut̄ samuel. et alſen
dit de galgalis i gabaa beniamin. et reliqui apli
aſcēderūt post Saul obuiā pplo qui expugnabat
eos vniuersites de galgala i gabaa i colle beniamin
et recēſuit Saul pplim qui inueni fuerāt cum eo q̄
ſi ſexētos viros: et Saul et ionathas filius ei⁹. po
pulusqz qui inueniuerat cū eis erat i gabaa be
niamin. Porro philistium cōſederāt i machinas
et egressi ſūt ad p̄liandū de caſris philistinorū
tres cunei. Un⁹ cuneus p̄gebat cōtra vias effraiz
ad terram Saul. Porro ali⁹ ingrediebat p viā be

thorō Tertius aut̄ verterat ſe ad iter termini i ter
ra ſabaa. iminētis vallis ſeboim cōtra desertus
iſrael. Cauerat enim philistium: ne forte facerent
hebrei gladiū aut lanceā. Befendebat ḡ oī ūr̄
et ligonem et ſecurum et tridentem et ſarculum: Re
et ſecurū vſqz ad ſtimulū corrigeſdū. Cunqz ve
niſſet dies preliū nō eſt inuenit⁹ enīſis et lācea i ma
nu totius populi qui erat cū Saul et ionatha exce
pto Saul et ionatha filio eius. Egressa ē aut̄ ſtatio
philistium ut tranſcederet i machinas.

Daccidit i qdā die ut diceret ionathas
filius Saul ad adolescentē armigerū ſuū
veni et tranſeam̄s ad ſtationem philis
tinorū. que eſt trans locum illum. Patri aut̄ ſuo
hoc ipſū nō indicauit. Porro Saul morabat i ex
tremis pte gabaa ſab malagranato q̄ erat i agro
gabaa. Et erat populus cum eo quaſi ſexcentorū
viros. Et achias filius achitob fratris ichabod
filii phinees qui ort⁹ fuerat ex heli ſacerdote dñi i
ſylo: portabat ephot. Sz et popul⁹ ignorabat quo
iſſet ionathas. Erāt aut̄ inter ascensus p quos ni
tebat ionathas trāſire ad ſtationē philistinorum
eminentes petre ex traqz parte et quaſi in modū
dentium ſcopuli hinc inde prērupti. Momen vni
bōſes: et nomen alteri ſene. Unus ſcopulus pmi
nens ad aquilonem ex adueroſo machinas. et alter
ad meridiem cōtra gabaa. Dixit aut̄ ionathas
ad doleſcentem armigerum ſiu⁹. Veni trāſcam⁹
ad ſtationem incircūſorū horū. Si forte faciat do
minus p nobis: q̄ non eſt domino diſſicile ſalua
re vel in multis vel in paucis. Dixitqz ei armiger
ſu⁹. Fac omnia que placent animo tuo. Derge
quo cupis. et ero tecum vbiqz volueris. Et ait
ionathas: Ecce nos transi⁹ ad viros iſtos. Cū
qz apparuerimus eos: ſi taliter Incuti fuerunt ad
nos. manete donec veniamus ad vos: ſtemus in
loco nō nec aſcendamus ad eos. Si autem dire
rint aſcendite ad nos: aſcendamus ad eos: quia
tradidit eos dominus i manub⁹ noſtris. Hoc erit
nobis ſignū. Apparuit igitur vterqz ſtationi pbi
liſtiorū. Dixeruntqz philistium. En ebrei egre
diuntur de cauernis in quibus aſconditi fuerāt
Et locuti ſunt viri de ſtatione ad ionathan et ad
armigerum eius. dixeruntqz Ascendite ad nos: et
oſtendemus vobis rem. Et ait ionathas ad armi
gerum ſu⁹. Aſcendamus: Sequere me. Tradi
dit enim dominus eos in manus iſrael. Aſcendit
autem ionathas manibus et pedibus reptans. et
armiger eius poſte eum. Itaqz cum vidiffent faci
em ionathae: alii cadebat ante ionathan: alios ar
miger eius interficiebat: ſequens eum. Et facta
eius quaſi viginti virom: in media parte ui
factum eſt miraculum in caſris et per agros. Sz

et omnis populus stationis eorum qui erant ad predandum obstupuit. et conturbata sunt castra. Et accidit quasi miraculum a deo. Et respergerunt speculatores saul qui erant in gabaa beniamin. Et ecce multitudo prostrata. et huc illucque diffusus. Et ait saul populo qui erat cu[m] eo. Requite et videte quis abierit ex nobis. Quoniam qui repertus est non adesse ionathan et armigerum eius. Et ait saul ad achiam. Applica arcam domini. Erat enim ibi arca domini in die illa cu[m] filius israel. Quoniam loqueretur saul ad sacerdotem tumultus magnus exortus est in castris philistinorum. Trescentes paulatim: et clarus resonabat. Et ait saul ad sacerdotem. Contrahe manus tuam. Conclamauit ergo saul et omnis populus qui erat cum eo et venerunt uestes ad locum certaminis. Et ecce versus fuerat gladius vniuersus quod ad proximum suum. et cedes magnanimitas. Et hebrei qui fuerant cum philistium heri: et nudi vestitus ascenderantque cum eis in castris. reuersi sunt ut essent cum israel et his qui erant cum saul et ionatha. Omnes quoque israelite qui se abscondierant in monte esstrain: audientes quod fugissent philistei: sociauerunt se cum suis in plio. Et erat cum saul quasi decem milia virorum: et salvauit dominus deus israel in die illa. Pugna autem peruenit uestes ad bethauen. Et viri israel sociati sunt sibi in die illa. Adiurauit autem saul populu[m] dicens: Ahdædictus vir qui comedenter panes vestes ad vesperam. donec vescar de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus populus panem. Omnisque terre vulgus venit in saltum: in quo erat super faciem agri. Ingressus est itaque popul[u] salutum. et apparuit flens mel: nullusque applicuit manum ad os suum. Tinebat enim popul[u] iuramentum. Porro ionathas non audierat: cum adiuraret pater eius populum. Extenditque summitates virge quam habebat in manu et intinxit in fauorem melis. Et conuertit manum suam ad os suum. et illuminati sunt oculi eius. Respondensque vnius de populo ait: Jureurando constrinxit pater tuus populum dicens. Ahdædictus vir qui comedet panem hodie. Defeccerat autem populus: Si itaque ionathas. Turbavit pater meus terram. Cuidisti ipsi: quia illuminati sunt oculi mei: eo quod gustauerimus paululum de melle isto: quantomagis si comedisset populus de preda inimicorum suorum quam repperit. Nonne maior plaga facta fuisset in philistium. Percusserunt ergo in die illa philisteos a machinis uestes in haion. Desigaturus est autem popul[u] nimis. et versus ad predam tulit oves et boues et vitulos et mactauerunt in terra. Comeditque popul[u] cum sanguine. Muncianerunt autem sauli dicentes quod populus peccasset deo comedens cum sanguine. Qui ait: Preuaricati estis. Voluite ad me iam nunc sarcum grande. Et dixit saul: Bispergamini in vulgo et dicite eis. ut adducat ad me vniuersusque boue suu[m] et artem: et occidite super

istud: et vescimini et non peccabitis domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque ois popul[u] vniuersusque bouem in manu sua. uestes ad noctem. et occiderunt ibi. Edificauit autem saul altare domino. Tuncque primum cepit edificare altare domino. Et dixit saul: Irruanus super philisteos nocte. et vestemus eos uestes dum illuceat mane: nec relinqimus ex eis virum. Dicitque popul[u]: Omne quod bonum tibi videb[us] in oculis tuis fac. Et ait sacerdos. Accedamus huc ad deum. Et consuluit saul dominum dicens: Num persequar philistium. Si trades eos in manu israel: Et non respondit ei in die illa. Dixitque saul: Applicate huc vniuersos angulos populi: et scitote et videte per quae acciderit hoc peccatum hodie. Quis dominus saluator israel: quia si per ionathan filium meum factus est. absque retrahitione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuersum israel: Separamini vos in partem unam et ego cum ionatha filio meo ero in parte altera. Responditque populus ad saul: Quod bonum tibi videtur in oculis tuis. fac. Et dixit ad dominum deum israel. Sic deus israel da indicium quid est quod non respondebis seruo tuo hodie. Si in me aut in ionatha filio meo est iniquitas tua. da ostensionem. Aut si haec iniquitas est in populo tuo. da scitatem. Et deprehenditque est ionathas et saul: populus autem exiit. Et ait saul: Huius sorte inter me et inter ionatham filium meum. Et captus est ionathas. Dixit autem saul ad ionathan. Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei ionathas. et ait: Gustans gustavi in similitate virge que erat in manu mea paululum mel. Et ecce ego morior. Et ait saul: Hec faciat mihi deus et hec addat quia morte morieris ionatha. Dixitque populus ad saul: Ergo ne ionathas morietur. quia fecit salutem hanc magnam in israel. Hoc nephas est: Ubi dominus: si ceciderit capillus de capite eius in terram: quia cum deo operatus est hodie. Liberavit ergo populus ionathan ut non morieretur. Recessitque saul: nec persecutus est philistium: Porro philistium abierunt in loca sua. Et saul confirmato regno super israel pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius contra moab et filios ammon et edom et reges saba et philisteos et quoque se verterat. superabat congregatus exercitu percussit amalech. et eruuit israel de manu vastatorum eius. Fuerunt autem filii saul ionathas et iesu et melchi sua. et nomina duarum filiarum eius nomē primogenite merob et nomē minoris michol: et nomē vtoris saul achenoem filia achimaas. et nomen principis militie eius abner filius ner: patruelis saul. Porro eis fuit pater saul et ner pater abner filius abiel. erat autem bellum potens aduersum philisteos: omnibus diebus saul. Nam quemcumque viderat salutem virum fortem et aptum ad pellum. sociabat eum sibi.

Hec dixit samuel ad saul. me misit dominus ut vngere te in regem super populum eum israel: nunc ergo audi vocem domini. hoc dicit dominus exercitu tuu. recet sui huncque fecit amalech israeli quod constituit ei in via cum ascendet de egypto. nunc ergo vade et peccate amalech et molire vniuersa ei. non peccas ei et non occupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro vsque ad mulierem et perniciem atque lacrimam bouem et oves camelum et asinum. precepit itaque saul populo. et fecerunt eos qui agnos ducerat militia peditum. et x milia virorum iudea. cumque venisset saul usque ad ciuitatem amalech. tunc edidit israelias in rorete. Dicitque saul cineo: abite recedite atque discedite ab amalech: ne forte iuoluam te cum eo. tu et nescisti misericordiam oibis filios israel: cum ascenderent de egypto. Et recessit cineus de medio amalech. Percussitque saul amalech ab eiula: donec venias sur que est in regione egypti et apprehendit agag regem amalech vivum. Omne autem vulgus interfecit in ore gladii. et percepit saul et populus agag. et optimis gregibus oviis et armentorum et vestibus et artibus et yniuersis que pulchra erant. nec voluerunt disperdere ea. Quicquid ergo vile fuit et reprobum: hoc demoliti sunt. factum est autem verbum domini ad samuel dicens: Benedic me quod constiterunt saul regem quod dereliquerunt me et verba mea opere non impleverunt. Contritusque est samuel et clamauit ad dominum tota nocte: Quoniam de nomine surrexisset samuel ut iret ad saul mane: nuntiatur mihi est samuel eo quod venisset saul in carmelum. et erexitur sibi fornix triumphalis et reverius transisset: descendissetque in galgalis. Venit ergo samuel ad saul. et saul offerebat holocaustum domino de initio predarum que attulerat ex amalech. et cum venisset samuel ad saul. dixit ei saul: Benedictus tu domino. Impleui verbum domini. Dixique sauel que est hec vox gregum que resonat in auribus meis et armentorum quam ego audio. et ait saul: De amalech adduxerunt ea. Percepit enim populus meliorum ovi et armentis ut immolarent domino deo tuo: rcliqua vero occidimus. Ait autem samuel ad saul: Sine me et indicabo tibi quod locutus sit dominus ad me nocte. Dixique ei: Loquerer. et ait samuel: Nonne cum parvulus es in oculis tuis. caput in tribubus israel facies es. Unxitque te dominus in regem super israel. et misit te deus in vias. et ait: Vade et interfice peccatores amalech et pugnabis contra eos usque ad intermissionem eorum. Quare ergo non audisti vocem domini: sed versus ad predam es. et fecisti malum in oculis domini: et ait saul ad samuel: Immo audiri vocem domini: et ambulauim in via per quam misit me deus. et adduxi agag regem amalech. et amalech interfeci. Tunc autem de preda populorum oves et boves primitas eorum que cesa sunt ut immolet dominino deo suo in galgalis. et ait samuel: Numquid vult dominus holocausta et victimas et non potius ut obediatur voci domini. Melior est enim obedientia quam victimae magis quam offerre diapem arietem: quoniam quasi peccatum ariolandum est

repugnare: et quasi scelus idolatrie nolle aquiesceret. Pro eo ergo quod abieci sunt sermones domini: abiecit te dominus ne sis rex. Dixique saul ad samuel elem: Peccavi: quia prevaricatus sum sermonem domini et verba tua. timens populum. et obedies vocem eorum. Sed nunc porta quesumus petram meum et revertere tecum ut adorem dominum. Et ait samuel ad saul: Non revertar tecum: quod proiecisti sermonem domini. et proiecisti te dominum: ne sis rex super israel. Et conuersus est samuel ut abiaret. Ille autem apprehendit sumitatem palii eius: que et cassa est. et ait ad eum samuel: Scidit dominus regnum israel a te hodie et tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triumphator in israel non parcer et penitudine non flectetur. Neque enim homo est ut agat penitentiam. At ille ait: Peccavi sed nunquam honorarem coram senioribus populi mei et coram israel. et revertere tecum ut adorem dominum deum tuum. Nece uersus ergo samuel: Secutus est saul. Et adorauit saul dominum. Dixique saul Adducite ad me agag regem amalech: Et oblatus est ei agag pugnissimus tremens. et dixit agag: Sicut se parat amara mors. Et ait samuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladiis tuus. sic ab eo liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frustra conciperit eum samuel coram domino in galgalis. Abiit autem samuel in ramatha: saul vero ascendet in domum suam in gabaa. Et non videt samuel ultra saul usque in die mortis sue. Uerum lugebat samuel saul: quoniam dominum penitebat quod constitutus est regis saul super israel.

Dixit dominus ad samuel: Uisque XVI. quo tu luges saul: cum ego proiecerim eum ne regnet super israel. Imple cornu tuum oleo: et veni ut mittas te ad isai bethleemitem. Proinde enim in filio eius mibi regem. et ait samuel: Quomodo vadam: Audiet enim saul. et interficiet me. Et ait dominus: Uerum de armamento tollies in manu tua. et dices. Ad immolandum domino veniam. et vocabis isai ad victimam. Et ego ostendas tibi quid facias et vnges quemcumque monstrauero tibi. Fecit ergo samuel sicut locutus est ei dominus. Unxitque in bethleem. et admirati sunt seniores civitatis. occurentes ei. Dixeruntque: Nascitur ne est ingressus tuus. et ait: Nascitur ad immolandum domino veni. Sanctificauit ergo isai et filios eius et vocauit eos ad sacrificium. Quoniam ingressi essent videt heliacum. et ait: Num coram domino est christus eius. Dixit dominus ad samuel: Ne respicias vultum eius. neque altitudinem stature eius quoniam abieci cum nec iuxta intutus hominis ego iudico. Homo enim videt ea que parent. dominus autem intuetur cor. et vocauit isai amnabat et adiurit eum coram samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit dominus. Adduxit autem isai samma. de quo ait: etiam hunc non elegit dominus. Adduxit itaque isai septem filios suos coram samuel. et ait samuel ad isai: Non elegit dominus ex istis. Dixique samuel ad isai: Non quid iam completi sunt filii. Qui respondit: Ad

Huc reliquias est parvulus et pascit oves. et ait sa-
muel ad isai: Adire et adduc eum. Nec enim discu-
bem⁹ priusq⁹ huc ille veniat. Misit ergo et addu-
xit eum. erat autem rufus et pulcher aspectu: deco-
raq⁹ facie: et ait dominus. Surge et vnde eū. Ip-
se est enim. Tulit ergo samuel cornu olei: et vixit
eum in medio fratrib⁹ eius. et directus est spirit⁹
domini a die illa in danid. et deinceps Surgensq⁹
samuel abiit in ramatha. Spiritus autem domi-
recessit a saul et exagitabat eum spiritus nequam
a domino. Dixeruntq⁹ serui saul ad eum: ecce spi-
ritus domini malus exagitat te. Jubeat domin⁹
noster rex et serui tui qui coram te sunt. queret ho-
minem scientem psallere cithara. vt quando arri-
puerit te spirit⁹ domini malus. psallat manu sua
et leuius feras. et ait saul ad seruos suos. Idomi-
dete ergo mihi aliquem bene psallentem et addu-
cite eum ad me. et respondens vnum pueris ait
ecce vidi filium isai bethlemiten scientem psalle-
re et fortissimum roborem. et virum bellicosum. et pri-
udentem in verbis et virum pulchrum. et dominus ē
cum eo. Misit ergo saul nuncios ad isai dicens:
Adire ad me dauid filium tuum qui est in pascu-
is. Tulit itaq⁹ isai asinum plenum panib⁹. et lage-
nam yini. et hedum de capris vnu et misit p manu
dauid filii sui sauli. et venit dauid ad saul. et stetit
coram eo. At ille dilexit eū nimis. et fact⁹ est ei⁹ ar-
miger. Misitq⁹ saul ad isai dicens: Stet dauid in
spectu meo. Inuenit n. grāz in ocul⁹ meis. Igis
quicunq⁹ spūs dñi mal⁹ arripiebat saul dauid tol-
lebat citharā et peccutiebat manu sua et resocillabat
saul. et leui⁹ hēbat. Recedebat n. ab eo spūs mal⁹.

Gregantes autem philistii. XVII agmina sua in plūpūnenerūt in sochot iu-
de. et castrametati sūt inter sochot et aze-
cha in finibus domum. Porro saul et viri israel co-
gregati venerūt i valle terebinthi. et direxerūt aci-
em ad pugnandum contra philistium. et philistiū stabant super montem ex parte hac: et israel stabat
supra montem ex altera parte: vallisq⁹ erat inter
eos. et egressus est vir spurius de castris philisti-
norum nomine goliath de geth: altitudinis sex cen-
bitorum et palmo. et cassis erat super caput eius.
lorica hamata induebat: Porro pondus lorice
eius quinq⁹ milia siclorū erat et ocreas ere-
as habebat in cruribus. et clypeus erat tegebatur
humeros eius. Hastile autem hastae eius erat qua-
si liciatorium texentium. Ipsum autem ferrum ha-
ste eius sexētos siclos habebat ferri. et armiger
eius antecedebat eum. Stansq⁹ clamabat aduer-
sum phalangas israel. et dicebat eis. Quare veni-
stis priati ad preliū. Numquid ego non sum philis-
teus et vos serui saul: eligite ex vobis virum et
descendat ad singulare certamen. Si quinerit pi-
gnare mecum et percusserit me: erimus vobis servi.
Si quin ego preualuero et percusserit eu: vos servi-
eritis et seruietis nobis. et aiebat philisteus: ego
exprobrai agminib⁹ israel hodie. Date mihi vi-
rū. et in ea t mecum singulare certamen. Studiēs autē

saul et oēs israelite sermones philistei huiscemodi
stupebat et metuebat nimis. Quid autem erat filius
viri effratei de quo supra dictū ē. de betheleez iu-
da. cui nomē erat isai. q hēbat octo filios. et erat
vir i dieb⁹ saul senex et grādeus iter viros. Abi-
erūt autem tres filii ei⁹ maiores post saul i preliū. et
noia trū filiorū ei⁹ qui prexerūt ad bellū: heliac
p̄mo genit⁹ et secund⁹ amunadab. tertī⁹ quoq⁹ sam-
ma. Quid autem erat minim⁹. Trib⁹ ḡ maioribus
secutis saul: abiit dauid et reuersus est a saul ut
pasceret gregē p̄fis sui i berbile. Procedebat ve-
ro philisteus mane et vesp̄ et stabat q̄dragita dic-
b⁹. Dixit autem isai ad dauid filiu suū. Accipe fr̄ib⁹
tuis ephipolēte et decē panes istos. et curre in ca-
stra ad fr̄es tuos. et decē formellas eas. has de-
feres ad tribunū et fr̄es tuos visitab. si recte agat
et cū quib⁹ ordini sūt disce. Saul autem et illi oēs fi-
lii isrl'i valle terebinthi pugnabat aduersus philistiū.
Surrexit itaq⁹ dauid mane. et comedauit
gregē custodi et onust⁹ abiit sicut p̄cepit ei isai.
et venit ad locū magala et ad exercitū: q̄ egressus
ad pugnā. vociferat⁹ erat i certamie. Dixerat enī
acīē isrl'i et philistiū ex aduerso fuerat p̄parati
dereliquēs ḡ dauid vasa q̄ attulerat sub manu cu-
stodis ad sarcinas cucurrit ad locū certamis: et i
terrogabat si oia recte ageret erga fr̄es tuos. Qō
q̄ adhuc ille loq̄eis eis appuit vir ille spuri⁹ ascē-
dēs goliath noīe philisteus de geth: de castris phi-
listiū. et loquēt̄ eo b̄ eadē vba. audiuit dauid
Hec autem philisteus cū vidissit virū fugientē a facie ei⁹.
timētes eū valde. et dixit vnuq̄ spīā de isrl': Nū
vidisti virū hūc q̄ ascēdit. ad exprobrādū enī isrl'
ascēdit. Vix ḡ q̄ p̄cussērīt enī dītabit rex diuitiis
magis. et filia suā dabit ei. et domū p̄nū ei⁹ faci
et absq⁹ tributo i isrl'. et ait dauid ad viros q̄ sta-
bāt secū dicens. Quid dabib⁹ viro q̄ p̄cussērīt phi-
listēi hūc et tulerit opprobriū de isrl'. Quid ē enī
hic philisteus icircūcisus q̄ exprobrauit acīē dei vi-
uēs. Referebat autem ei pp̄l's eūdē simonē dicens.
Hec dabib⁹ viro: q̄ p̄cussērīt eū. Qd cū audisset
bellab⁹ ei⁹ maior loquēt̄ eo cū aliis: irat⁹ ē p̄tra
dauid. et ait. Quare venisti et q̄re dereligisti pau-
cas oues illas i deserto: ego noui supbiā tuā et
neqtia cordis tui: q̄r̄ vt fideres plū descēdisti. et
dixit dauid. Quid feci: Nūqd nō verbū ē. et de-
clinavit paulū ab eo ad aliu. dixitq⁹ eūdē p̄mo
nē. et respōdit ei pp̄l's verbū sicut p̄nū. audita sūt
autē vba q̄ locut⁹ ē dauid. et annūciata i cōspectu
saul. ad quē cū fuisse adduct⁹. locut⁹ ē ei: Nō cō-
cidat cor cuiusq⁹ i eo ego fu⁹ tu⁹ vadā et pugnabo
aduersus philistēi. et ait saul ad dauid nō vales
resistē philisteo isti. nec pugnār̄ aduersus eū: q̄a
puer es. Hic autem vir bellator̄ ē ab adolescētia sua
dixitq⁹ dauid ad saul. pascet seru⁹ tu⁹ p̄fis sui
gregē. et veniebat leo v̄l' v̄rsus et tollebat arietē
de medio gregis. et persequebat eos et percutie-
bat eruebamq⁹ de ore eorum. et illi consurgebant
aduersum me. et apprehendebam mentum eoru⁹
et suffocabam. interficiebamq⁹ eos. Naz et leones

et ursum interfeci ego seruus tuus erit igitur et philisteus hic incircuncisus quasi unus ex eis. Nunc vadam et auferam opprobrium populi. Quoniam quis est iste philisteus incircuncisus qui atq[ue] est maledicere exercitus dei viventis et aut dauid. Dominus qui eripuit me de manu leonis et de manu ursi ipse me liberavit de manu philistei huius. Dixit autem saul ad dauid. Vade et dominus te cum sit et induit saul dauid vestimentis suis et i posuit galeam etream super caput eius et vestiuit eum lorica. Accinctus ergo dauid gladio eius super vestem suam cepit temptare si armatus possit incedere. Non enim habebat consuetudinem dixitq[ue] dauid ad saul. Non possum sic incedere quia non ursum habeo et depositum ea et tulit baculum suum quem semper habebat in manibus et elegit sibi quinq[ue] lymphidissimos lapides de torrente et misit eos in peram pastoralem quam habebat secum et fundam manu tulit et processit ad uersum philisteum. Ibat autem philisteus incedens et appropinquans aduersum dauid et armiger eius ante eum. Cuiusq[ue] inspexisset eum philisteus et vidisset dauid despexit eum. erat autem adolescentis rufus et pulcher aspectu et dixit philisteus ad dauid. Nunquid ego canis sum quod tu venis ad me cum baculo et maledixit philisteus dauid in diuis suis. Dixitq[ue] ad dauid. Deni ad me et dabo carnes tuas volatilibus celi et bestiis terre. Dixit autem dauid ad philisteum. Tu uenis ad me cum gladio et hasta et clypeo. ego autem vено ad te in nomine domini exercitus dei agnitionis israel qui bus exprobasti hodie et dabit te dominus in manus mea et percussiam te et auferam caput tuum a te et dabo cadavera castrorum philistium hodie volatili bestiis terre ut sciat omnis terra quia est dominus deus israel et nouerit uincentia ecclesia hec quia non in gladio nec in asta saluat dominus. Ipsius enim est bellum et tradet vos in manus nostras. Cum ergo surrexisset philisteus et veniret et appropinquaret contra dauid festina uit dauid et occurrit ad pugnam ex aduerso philistei et misit manum suam in peram. tulitq[ue] ursus lapidem et funda iecit et circunducens percussit eum in fronte et infixus est lapis in fronte eius et cecidit in faciem suam super terram. Preualuitq[ue] dauid aduersum philisteum in funda et lapide percussumq[ue] philisteum interfecit. Cuiusq[ue] gladium non haberet in manu dauid. cucurrit et stetit super philisteum et tulit gladium eius et eduxit eum de vagina sua et interfecit eum præciditq[ue] caput eius. Uidentes autem philistium quod mortuus esset fortissimus eorum fugerunt et consurgentes viri israel et iuda vociferati sunt et persecuti sunt philisteos usque dum venirent in vallem et usque ad portas accharan. Ecederuntq[ue] vulnerati de philistium in via sarim et usque ad geth et usque ad accharon et reuertentes filii israel postquam persecuti sunt philisteos invaserunt castra eorum. Assumens au-

tem dauid caput philistei attulit illud in hierusalem: arma vero eius posuit i tabernaculo suo eo autem tempore quo viderat saul dauid egredientem contra philistium ait ad abner principem militie sue. Be qua stirpe descendit hic adolescens. Dixitq[ue] abner. Ubiut anima tua rex si non. et ait rex. Interroga tu cuius filius sit iste puer. Cuiusq[ue] regressus esset dauid percusso philisteo. tulit eum abner et introduxit coram saule caput philistei habentem in manu sua et ait ad eum saul. Bequa proge me es o adolescens. Dixitq[ue] dauid. Filius serui tuus isai bethleemite ego sum.

Et factum est eum complexus loqui ad saul. anima ionatbe conglutinata est anima dauid et dilexit eum ionathas quasi animam suam. Tulitq[ue] eum saul in die illa et non concessit ei ut reuertetur in domum patris sui. Inierunt autem dauid et ionathas sedus. Biligebat enim eum quasi animam suam. Nam expoliavit se ionathas tunica qua erat idutus et dedit eam dauid et liqua vestimenta sua usque ad gladium et arci suu et usque ad baltheum. egrediebas quoq[ue] dauid ad oia quicq[ue] mississet eum saul et prudenter se agebat. Posuitq[ue] eum saul sup viros belli et accepit oculis uincentis populi. mariebatq[ue] i conspectu famulorum saul. Porro cum reuertetur per se usq[ue] philisteo dauid et feret caput eius in iherusalem. egressi sunt mulieres de uincentis urbibus israel cantantes chorosq[ue] ducentes in occursum saul regis in tympanis leticie et in sistris. et preciabant mulieres ludentes atq[ue] dicentes. Percusserat saul mille et dauid decem milia. Tratus est auro. Dixitq[ue]. Dederunt dauid decez milia et mille dediderunt. Quid ei superest nisi solum regnum. Non rectis ergo oculis saul aspiciebat dauid: a die illa et deinceps. Post diem autem alteram inuasit spus dei malus saul et prophetabat in medio domus sue. Dauid autem psallebat manus sua sicut per singulos dies. Tenebatq[ue] saul laetam et misit eam: putans quod configere possit dauid cum pariete et declinavit dauid a facie eius secundo et timuit saul dauid. eo quod esset dominus cum eo et a se recessisset. Amovit ergo eum saul a se: et fecit eum tribunus super mille viros et egreditur et intrabat in conspectu populi. In omnibus quoq[ue] viis suis dauid prudenter agebat. et dominus erat cum eo. Uidit itaq[ue] saul quod prudens esset nimis et cepit cauere eum. Omnis autem israel et iuda diligebat dauid. Ipse autem ingrediebatur et egrediebatur ante eos. Dixitq[ue] saul ad dauid. ecce filia mea in auro me rob. ipsa dabo tibi uxorem. tamenmodo esto vir fortis et pugna bella domini. Saul autem reputabat dices: Non sit manus mea in eo: sed sit super eum manus philistinorum. Ait autem cognatio prius mei in israel: ut si a gener regis. Et cum est autem tempus eum deberet dari merob

*fir dauid gallo
in securis*

filia saul alteram. et nunciatum est saul: et placuit ei. Dixitqz saul: Babo eam illi ut fiat ei in scandala. et sit super eum manus philistinorum. Dixit qz saul ad dauid: In duabus gener meus eris hodie. et mandauit saul seruus suis: Loquimini ad dauid clam me dicentes. ecce places regi. et oes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener regis et locuti sunt serui saul i aribus dauid oia verba hec. et ait dauid: Num parum videtur vobis generum esse regis ego autem sum vir pauper et tenuis. et renunciauerent serui saul dicentes: Nuisce modi verba locutus est dauid. Dixit autem saul: Sic loquimini ad dauid. Non habet rex sponsalia ne cesset nisi tunc centum preputia philistinorum. vt si at ultio de inimicis regis. Porro saul cogitabat dauid tradere in manus philistinorum. Quod re nunciassent serui eius dauid verba quod dixerat saul placuit sermo i oculis dauid ut fieret gener regis et post paucos dies surgens dauid. abiit i accaron cum viris qui sub eo erant et percussit ex philistinum ducentos viros. et attulit eorum preputia et annumeravit ea regi: vt esset gener ei. Sed ita quod saul ei michol filiam suam vxorez. et vidit saul et intellexit quod dominus esset cum dauid. Absit autem filia saul diligebat eum. et saul magis cepit timorem dauid. Factusque est saul inimicus dauid cunctis diebus. et egressi sunt principes philistinorum. A principio autem egressionis eorum. prudentius se gerebat dauid quod oes viri saul. et celebre factum est nomen eius numis.

XIX

Iicutus est autem saul ad ionathan filium suum et ad omnes seruos suos ut occiderent dauid. Porro ionathas filius saul diligebat dauid valde. et indicauit ionathas dauid dicens: Querit saul pater meus occidere te. Quapropter obserua te queso mane. et maneb clam et absconderis. ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum in agro ubi cunqz fuerit. et ego loquar de te ad patrem meum et quodcumqz video non nunciabo tibi. Locutus est ergo ionathas de dauid bona ad saul patrem suum. Dixitqz ad eum: Ne pecces rex in seruum tuum dauid: quod non peccauit tibi. et opera eius bona sunt tibi valde. et posuit animam suam in manu tua et percussit philisteum. et fecit dominus salutem magnam in iudeis israeli. Vidiisti et letatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio interficiens dauid qui est aequaliter culpa. Quod cum audisset saul. placatus voce ionathae iurauit. Vidi dominus: quia non occidetur. Eo cauit itaque ionathas dauid: et indicauit ei omnia verba hec. et introduxit ionathas dauid ad saul. et fuit ante eum sicut erat heri et nudius tertius. Autem est autem rursus bellum: et egressus dauid pugnauit aduersum philistinum: percussitqz eos plaga magna. et fugerunt a facie eius. et factus est spiritus domini malus in saul. Sedebat autem i domo sua: et tenebat lanceam. Porro dauid psal-

lebat in manu sua. Misitqz est saul configere dauid lancia i pariete: et declinauit dauid a facie lancea autem casso vulnere prelata est i pariete. et dauid fugit. et saluatus est nocte illa. Absit ergo saul satellites suos nocte in domum dauid ut custodirent eum et interficeretur mane. Quod cum annunciasset dauid michol uxor sua dicens: Nisi saluaueris te nocte hac cras morieris: deposuit eum per fenestram. Porro ille abiit et ansuit: atque saluatus est. Tulit autem michol statuam et posuit eam super lectum. et pellem pilosam capiarum. posuit ad caput eius. et operuit eam vestimentis. Absit autem saul apparitores que rapereunt dauid. et responsum est quod egrotaret. Rursumque misit saul nuncios ut viderent dauid dices. Afferte eum ad me in lecto ut occidatur. Cunqz venissent nuncii inuentum est simulacrum super lectum. et pellis caprarum ad caput eius. Dixitqz saul ad michol: Quare sic illusisti mihi et dimisisti inimicum meum ut fugeret. et respondit michol ad saul: Quia ipse locutus est mihi dicens. Dimitte me. alioquin interficiam te. dauid autem fugiens saluatus est. et uenit ad samuel in ramatha et nunciauit ei omnia que fecerat sibi saul. et abiurunt ipse et samuel. et morati sunt in naioth. Num ciatum est autem sauli a dicentibus ecce dauid in naioth in ramatha. Absit ergo saul lectorens ut raperent dauid. Qui cum vidissent cuncum prophetarum vaticinantium. et samuelem stantem super eos: factus est etiam spiritus domini in illis et prophetae ceperunt etiam ipsi. Quod cum nunciatum esset sauli: misit et alios nuncios. Prophetauerunt autem et illi. et rursus misit saul ternos nuncios. qui et ipsi prophetauerunt. et iratus ira cundia saul. abiit etiam ipse in ramatha. et venit usqz ad cisternam magnam que est in sochot. et interrogauit et dixit: In quo loco sunt samuel et dauid. dictumque est ei ecce in naioth sunt i ramatha et abiit in naioth in ramatha. et factus est etiam super eum spiritus domini. et ambulauit ingrediens: et prophetabat usqz dum ueniret in naioth i ramatha. et expoliauit etiam ipse vestimentis suis et prophetauit cum ceteris coram samuel. et cecinit nudus tota die illa et nocte. Unde et exiuit proverbum. Num et saul inter prophetas.

XX

Igit autem dauid de naioth que est in ramatha: ueniensque locutus est coram ionathae. Quid feci. Que est ini quisas mea et quod peccatum meum in patrem tuum: quia querit animam meam. Qui dixit ei: Absit a te: non morieris. neque enim faciet pater meus quicquam grade vel paruum. nisi per nos indicaverit mihi. Hunc ergo celauit a me pater meus sermonem tantummodo. Nequaquam enim erit istud. et iurauit rursus dauid. et ille ait: Scit profecto pater tuus quod inueni gratias i oculis tuis. et dicit: Nesciat hec ionathas ne forte

tristetur. Quidam viuit dominus et viuit anima tua: quia uno tantum ut ita dicā gradu ego mors q̄ diuidimur. et ait ionathas ad dauid: Quod cuncte dixerit mihi anima tua. faciam tibi. Dixit autem dauid ad ionathā. ecce kalende sūt crastino. et ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendū. Sumite ḡ me ut abscondar in agro vsq; ad vesperā diei tertie. Si respiciēs requisierit me pater tu⁹. rūdebis ei: Rogauit me dauid ut iret celeriter i bethleem ciuitatē suā q̄ victimē sollēnes ibi sūt vniuersis cōtribulib⁹ suis. Si dixerit bñ. pax erit seruo tuo. Si autem fuerit irat⁹: scito q̄ filius dñi me famulū tuū tecū inire fecisti. Si aut ē iniquitas aliqua ī me tu me interfice. et ad patrē tuū ne introducas me. et ait ionathas: Absit h̄ a me. Neq; enī fieri pōt: vt si certe cognouero cōpletam esse patris mei maliciam cōtra te: nō annunciem tibi. Responditq; dauid ad ionathan: Quis renūciabit mihi: si quid forte rūderit tibi pater tu⁹ dure de me: et ait ionathas ad dauid. Veni et egrediamur foras in agrū. Cūq; exiſſet ambo i agrū. ait ionathas ad dauid. Ne deus israel si inuestigauero suam patris mei castrino vel perēdie. et aliquid boni fuerit sup dauid et nō statum misero ad te et nos tibi fecero: h̄ faciat deus ionathe et h̄ augeat. Si aut pseuerauerit patris mei malicia aduersum te: reuelabo aurē tuā et dimittā te ut vadas in pace. et sit dñs tecum si cui fuit cū p̄f meo. et si vixero. facies mihi miam dñi: si vero mortu⁹ fuero. nō auferes misericordiam tuā a domo mea vlc̄ isempiternū. Aut si non fecero q̄s eradicauerit dñs inimicos dauid vnu quēq; de terra auferat ionathan de domo sua. et requirat dñs de manu inimicorū dauid. Sed epigit ḡ ionathas fedus cū domo dauid. et requisivit dominus de manu inimicorū dauid. et addidit ionathas bīerare dauid eo q̄ diligenter illū. Sicut enī aīam suam ita diligebat eū. Dixitq; ad eum ionathas: Cras kalende sūt et requieris. Requiretur enī sessio tua vsq; perendie. Descēdes ḡ festinus et venies ī locū vbi celandus es in die q̄ opari licet. et sedebis iuxta lapidē cui nomen est ezel. Et ego tres sagittas mittā iuxta eū. et iaciaz q̄s exerceas me ad signū. Abhītā quoq; et puerū dices ei: Vade et affer mihi sagittas. Si dixerō puerō. ecce sagitte irā te sūt. tolle eas: tu veni ad me: q̄ pax tibi ē et nihil est mali vinit dñs. Si aut sic locutus fuero puerō. ecce sagitte vltra te sūt: vade ī pace: q̄ dimisit te dñs. De verbo autē q̄ locuti sum⁹ ego et tu: sit dñs inter me et te vsq; ī sempiternū. Absconditus ē ḡ dauid ī agro: et venerūt kaledē. et sedit rex ad comedendū panē. Cūq; sedisset rex sup cathedrā suā secundū cōsuetudinē que erat iuxta parietē: surrexit ionathas et sedit abner ex latere saul. vacuusq; apparuit loc⁹ dauid et nō ē locut⁹ saul quicq; ī die illa. Cogitabat enī q̄ forte euenisset ei ut nō esset misodus nec purificatus. Cūq; illuxisset dies secunda post kalendas

ruris apparet vacans locus dauid. Dixitq; salul ad ionathan filium suum. Cur non venit filius isai nec heri nec hodie ad vesceudum. Respōdit q̄ ionathas sauli: Rogauit me obnoxie vt iret in bethleem. et ait: Sumite me: qm̄ sacrificiū solēne est in ciuitate mea vnu de fratribus meis accer sūvit me. Nunc ḡ si inueni grām in oculis tuis: vadā cito et videbo fratres meos. Ob hanc cām nō venit ad mēlam regis. Irat⁹ autē saul aduersum ionathan: dicit ei: Fili mulieris vltro virum rapientis: nūquid ignoro q̄ diligis filium isai in cōfusionem tuā. et in cōfusionem īḡminose mīris tue. Vibus enī dieb⁹ quibus filius isai vixerit sūper terrā. nō stabilieris tu neq; regnum tuū. Ita q̄ iam nūc mitte et adduc eū ad me: q̄ fili⁹ mortis ē. Respōdēs aut ionathas sauli patri suo ait: Quare moriet⁹? Quid fecit? Et arripuit saul lanceam vt percuteret eū. et itellexit ionathas q̄ difinitum esset a p̄f suo ut interficeret dauid. Surrexit ergo ionathas a mensa in ira furoris. et non comedit ī die kalendas secunda panē. Contrista tuis est enī sup dauid. eo q̄ confudisset eum pater suis. Cūq; illuxisset mane. Venit ionathas ī agrum iuxta placitū dauid. et puer parvulus cū eo et ait ad puerū suū: Vade et affer mihi sagittas quas ego iacio. Cūq; puer cucurisset iecit aliam sagittā trans puerū. Venit itaq; puer ad locum iaculi qđ miserat ionathas. et clamauit ionathas post tergum pueri. et ait: ecce ibi est sagitta. porro vltra te. Clamauitq; iterū ionathas post tergū pueri dicens: Festina velociter ne steteris. Collegit autem puer ionathe sagittas. et attulit ad dominum suū et quid ageretur penitus ignorabat. Tantummodo enim ionathas et dauid rēnouerant. Sed dixit ergo ionathas arma sua puerō et dicit ei: Vade et defer in ciuitatem. Cūq; abiit puer surrexit dauid de loco qui vergebat ad austrum. et eadens pionis in terraz adorauit tertio. et osculantes se alterutrū. fleuerunt pariter dauid autem amplius. Dixit ergo ionathas ad dauid. Vade ī pace. Dux cūq; iurauimus ambo ī nomine domini. dicentes: dominus sit inter me et te. inter semen tuū et semen meū vsq; ī sempiternū. et surrexit dauid et abiit: sed et ionathas ingressus est ciuitatem.

XXI

Hec sacerdotez. et obstupuit achimelech eo q̄ venisset dauid et dicit ei: Quā tu solus. et nullus est tecum. et ait dauid ad achimelech sacerdotem: Rex precepit mihi sermonem. et dixit. Nemo sciat rem propter quam missus es a me. et cuiusmodi precepta tibi dederum. Nam et pueris meis condiri in illum et illum locū. nūc ergo si quid habes ad manum vel quicq; panes da mihi. aut quicquid intenrris. et respondens sacerdos ad dauid. ait illi: non habeo laicos panes ad manum: sed tantum panem sanctum. Si mūdi sūt pueri: maxime a mulieribus māducant

Et respondit dauid sacerdoti: et dixit ei. et quidem si de mulieribus agitur. continuus nos ab he
ri et nudiustertius qui egrediebamur. et fuerunt va
sa puerorum sc̄a. Porro via hec polluta est: sed
et ipsa hodie sc̄ificabitur i vasis. Dedit ergo ei sa
cerdos sc̄ificatum panem: Neque enim erat ibi pa
nis nisi tū panes ppositionis qui subleuati fue
rant a facie domini ut ponerentur panes casidi.
erat autem ibi vir quidam de seuis saul i die illa
intus in tabernaculo domini. et nomine eius doech
idumeus potentissimus pastoris saul. Hic pasce
bat nulas saul. Dixit autē dauid ad achimelech
Si habes hic ad manum hastam aut gladiū. da
mibi: quod gladiū meū et arma mea nō tuli meū
Sermo enim regis uerget. et dixit sacerdos: ecce
hic gladius goliath philistei quem percussisti i val
le terebinthi: ē inuolū pallio post ephot. Si istū
vis tollere. tolle. Neque enim hic est aliud absq; eo
et ait dauid. Non est huic alter similis: Da mihi
eum. Surrexit itaq; dauid. et fugit in die illa a fa
cie saul. et venit ad achis regem geth. Dixerūtq; serui
achis cum vidissent dauid. Nunquid non
iste est dauid rex terre. Nonne huic cantabant p
choros dicentes: percussit saul mille. et dauid decez
milia? Posuit autem dauid sermones istos i cor
de suo. et extinxit valde a facie achis regem geth.
et mutauit os suum corā achis. et collabebat iter
manus eorum. et ipingebat i ostia porte & fluebat
q; saline eius i barbam. et ait achis ad seruos su
os. Uidistis hominem isanum: quare adduxistis
eum ad me? An desunt nobis furiosi: quod intro
xistis istuz ut sureret me presente? Dimitte illū
hinc ne igrediatur dominum meam.

XXII.

Buit g; dauid idē: et fugit i speluncā odol
a lam. Qd cū audissent fratres eius et ois
dom patris eius descendērunt ad eū illuc
et cōnenerūt ad eū oēs qui erant i angustia cōstī
tuti. et oppressi ere alieno et amaro aio et facē est
eoz p̄inceps. Fueruntq; cum eo quasi quadringē
ti viri et profectus est dauid inde in masphat: que
est moab: et dixit ad regem moab: Maneat oro
pater meus et mater mea vobiscum: donec sciām
quid faciat mihi deus. et reliquit eos ante faciez
regis moab. Manseruntq; apud eum cunctis
diebus quibus dauid fuit i presidio. Dixitq; gad
propheta ad dauid Maneat manere i psidio. Pro
fiscere et vade in terram iuda. et profectus ē da
uid. et venit in saltum areth. et audiuit saul q; ap
paruisse dauid. et viri qui erant cum eo. Saul au
tem cum maneret in gabaa et esset in nemore qd
ē in rama. hastaz manu tenens. cunctiq; serui ei
circumstarent eum: ait ad seruos suos qui assis
tant ei: Audite me nunc filii gemini. Nunquid
omnibus vobis dabit filius isai agros et vineas
et vniuersos vos faciet tribunos et centuriones.
Quoniam coniurastis omnes aduersum me. et nō
est qui mihi renunciet. maxime eum et filius meo
sedus iungerit cum filio isai? Non est qui vicem

meam doleat ex vobis: nec qui annunciet mihi:
eo q; fuscitauerit filius meus seruum meū aduer
sum me insidiantem mihi vsq; hodie. Respondēs
autem doech idumeus qui assistebat et erat p̄mus
inter seruos saul: vidit inquit filium isai in nobe
apud achimelech filium achitob sacerdotē. Qui
consuluit pro eo dominū: et cibaria dedit ei. Et
et gladium goliath philistei dedit illi. Misit ergo
rex ad accersiendū achimelech sacerdotem filiu
achitob. et omnem domum patris eius sacerdosū
qui erant in nobe. Qui vniuersi venerunt ad re
gem. et ait saul ad achimelech: Audi fili achitob.
Qui respondit. Presto sum domine. Dixitq; ad
eum saul. Quare coniurastis aduersum me tu et
filius isai. et dedisti ei panes et gladium. consului
sti pro eo dominū ut consurgeret aduersus me
insidiator vsq; hodie permaneas. Respondēsq;
achimelech regi ait. et quis in omnibus seruis tu
is sicut dauid fidelis et gener regis: et pergens ad
imperium tuum. et gloriosus in domo tua? Nun
hodie cepi pro eo consulere dominum: Absit hoc
a me. Ne suspicetur rex aduersum seruum suum
rem huiuscmodi in vniuersa domo patris mei.
Non enim sciuit seruus tuus quicq; super hoc
negocio. vel modicū vel graue. Dixitq; rex. Mis
te morieris achimelech: tu et omnis domus p̄ris
tui. et ait rex emissarii qui circumstabant eum:
Conuertimini. et interficide sacerdotes domini.
Nam manus eorum cum dauid est: scientes q; fu
gisset: et non indicauerunt mihi. Miserunt autē
serui regis extendere manus suas in sacerdotes
domini. et ait rex ad doech. Conuerte tu. et irru
in sacerdotes domini. Conuertisq; doech idume
us irruit in sacerdotes. et trucidavit i die illa oco
gintaquinq; viros vestitos ephot lineo. Nobe
autem civitatem sacerdotum percussit in ore gla
diu viros et mulieres et paruulos et lactantes bouē
q; et asinum et ouem in ore gladii. euadens autem
vnu filius achimelech filiu achitob: cuius nomine
erat abiathar: fugit ad dauid. et annunciauit ei q;
occidisset saul sacerdotes domini. et ait dauid ad
abiathar. Sciebam enim in die illa q; cum ibi es
sent doech idumeus. proculdubio annunciarer
sauli. ego sum reus omnium animarū patris tui.
Mane mecum ne timeas. Si quis quesierit ant
mam meam. queret et animam tuam. mecumq;
seruaberis.

XXIII.

E T annuncianerunt dauid dicentes: ec
ce philistum oppugnant ceilam. et diri
piunt arcas. Consuluit ergo dauid do
minus dicens. Mane at percutiam phili
steos istos et ait dominus ad dauid. Eadē et per
cuties philisteos. et saluabis ceilam. et dixerunt
viri qui erant cum dauid ad eum: ecce nos hic
in iudea consistentes timemus: quantomagis
si erimus in ceila aduersum agmina philistino
rum. Rursum ergo dauid consuluit dominum.

Qui respondens ait ei: Surge et vade in ceilā. ego enim tradam philistos in manu tua. Abut ergo dauid et viri eius in ceilā. et pugnauit aduersus philistos. et abegit iumenta eorum et percussit eos plaga magna. et salvauit dauid habitatores ceilā. Idōro eo tempore quo fugiebat abtathar filius achi melech ad dauid in ceilā. ephod secū habebas: desce derat. Nūciatū ē aut sauli quod venisset dauid in ceilā. et ait saul: Tradidit eū dñs in manu meas: cōclususq; ē itrogressus vrbē in q; porte et sere sunt. et p̄cepit saul oī pplo ut ad pugnā descēderet in ceilā. et ob sideret dauid et viros ei⁹. Qd̄ eū dauid resc̄isset qz p̄pararet ei saul clam maluz. dixit ad abiathar sacerdotē: Applica ephod. et ait dauid: Dñe de⁹ isrl. audiuit famā seru⁹ tu⁹ quod dis ponat saul venire in ceilā ut euertat vrbē ppter me. Si tradēt me viri ceile in manu eius. et si descēdet saul sicut audiuit seru⁹ tu⁹ dñe de⁹ israel indica seruo tuo. et ait dñs: Descedet. Dixitq; rursū dauid Si tradēt me viri ceile et viros qui sūt mecum in manu saul. et dixit dñs: Tradēt. Surrexit ḡ dauid et viri ei⁹ quasi sexcenti: et egressi de ceila huc at qz illuc vagabans in certi. Nūciatūq; ē saul quod fugisset dauid de ceila et salvā esset: quāobrē dissimulauit exire. Horabas aut dauid in deserto in locis firmissimis: māsitq; in mōte solitudinis ziph in mōte opaco. Querebat eū tñ saul cūctis dieb⁹. et nō tradidit eū dñs in manu ei⁹. et vidit dauid quod egressus esset saul ut quereret aiam eius. Idōro dauid erat in deserto ziph in silua. et surrexit idonathas fili⁹ saul et abiit ad dauid in silua et cōforta uit manu ei⁹ in deo. dixitq; ei: Ne timeas. Neq; enī inueniet te manu saul p̄pis mei. et tu regnabis super isrl. et ego ero tibi secūd⁹. Sz et saul p̄ me⁹ scū. H̄percussit ḡ vterq; fed⁹ corā dñi. Hansitq; dauid in silua. ionathas aut̄ reuersus in domū suam. Ascēderat aut̄ ziphei ad saul in gabaa dicentes: Nō ne ecce dauid latitat apud nos in locis tutissimis silue in colle achile que ē ad dexterā deserti. Nūc ḡ sicut desiderauit aia tua ut descēderes. descēde nostrū aut̄ erit ut tradam eū in manus regis. Dixitq; saul. H̄ndicti vos a dñi: quod doluistis vicem meā. Abite ḡ oro et diligēt⁹ p̄parate. et curiosus agite. et cōsiderate locū ubi sit pes ei⁹. vel quis viderit eū ibi ubi dixisti. Recogitat enī de me quod calide isidier ei. Cōsiderate et videte oia latibula ei⁹ in quib⁹ abscondit⁹: et reuertimini ad me ad rem certā ut vadā vobiscū. Quod si etiā in terrā se ob struxerit. pscrutabor eū in cūctis milib⁹ iuda. At illi surgētes abierūt in ziph an saul. Dauid aut̄ et viri ei⁹ erant in deserto maon in campestribus ad dextram iesimuth. Iuit ḡ saul et socii ei⁹ ad querēdū eum. et nūciatum est. dauid statimq; descēdit ad petram. et versabas in deserto maon. Quod cum audisset saul persecutus est dauid in deserto maon et ibat saul et viri eius ad latus mōtis ex parte una. dauid autem et viri eius erant in latere mōtis ex parte altera. Idōro dauid desperabat se.

posse euadere a facie saul. Itaq; saul et viros eius in modum corone cingebant dauid et viros eius ut caperent eos. et nūcius venit ad saul dicens: Festina et veni quā infuderunt se philistum super terram. Reversus est ergo saul desistens perseḡ dauid. et perrexit in occursum philistinorū. Idōro p̄ter hoc vocauerunt locum illum petraz dauidē tem:

XXIIII

Scendit ergo dauid inde. et habitauit in locis tutissimis engaddi. Lunq; reuersus esset saul postq; persecutus est phib̄ listeos. nūciauerunt ei dicentes: ecce dauid in deserto est engaddi. Assumens ergo saul tria milia electorum virorum ex omni israel. perrexit ad inuestigandum dauid et viros eius etiā super abruptissimas petras que solis ibicibus peruenie sūt et venit ad caulas ouiu que se offerebant vianti: eratq; ibi spelunca quam īgressus est saul ut purgaret ventrem. Idōro dauid et viros eius in interioriore parte spelunce latebat. et dixerunt servi dauid ad eum. ecce dies de qua locutus est dñs ad te: ego tradam tibi inimicum tuum ut facias ei si cut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo dauid et prescidit oram chlamidis saul silenter. Post hoc percussit cor suu⁹ dauid: eo quod abscidisset oram chlamidis saul. Dixitq; ad viros suos. Proprius sit mibi dominus ne faciam hanc rem domini in eum: quia christus domini est. Cuius dominus qui nisi dominus percusserit eum aut dies eius venerit ut moriatur. aut descendens in p̄lium perierit propitius mihi sit dominus ut non mittas manum meam in christum domini. et cōfregit dauid viros suos sermonibus ulti. et non permisit eos ut consurgerent in saul. Idōro saul exsurgens de spelunca pergebat cōpto itinere. Surrexit autem dauid post eum. et egressus de spelunca clauavit post tergum saul dicens: Domine mi rex. et respexit saul post se et inclinans se dauid pronus in terram adorauit. Dixitq; ad saul: Quare audis verba hominum loquentium: dauid querit malum aduersum te. ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te dominus in manu mea in spelunca. et cogitauit ut occiderez te: sed pepercit tibi oculus meus. Sicut enim. Non extendaz manum meam in dominum meum: quia christus dominus est. Quin potius pater mi vide et cognosce oram chlamidis tue in manu mea: quomodo cū prescindere summitem chlamidis tue: nolui extenderem manum meam in te. animaduerte et vide quoniam non est in manu mea maluz neq; iniurias: neq; peccavi in te. Tu autem insidiaris anime mee ut auferas eam. Judicet dominus inter me et te et vlciscatur me dominus ex te. manus autem mea non sit in te: sicut et in prouerbio anti quo dī ab impiis egredietur impietas. Et manus ergo mea nō sit in te. Quem psequeris rex israel quem psequeris. Cānē mortuū psequeris et

pulicem vnum. Sit dominus iudex et iudicet inter me et te. et videat et iudicet causam meam et eruat me de manu tua. Tu autem coplessit dauid loquens sermones huiuscmodi ad saul. dixit saul Nisi ergo vox hec tua est filii mi dauid. et leuauit saul vocem suam et fleuit. dixitque ad dauid. Justior tu es quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona. ego autem reddidi tibi mala. et tu idicasti mihi hodie quod feceris mihi bona. quod tradiderit me dominus in manu tua. et non occideris me. Quis enim cum inueniret inimicum suum dimittet eum in via bona. Sed dominus reddat tibi vicis studinē hanc pro eo quod hodie opatus es in me. et nunc quod scio quod certissime regnatur sis et habiturus in manu tua regnum israel iura mihi in domino ne deleas semen meum post me. neque auferas nomem meum de domo patris mei. et iurauit dauid sauli. Abiut ergo saul in domum suam et dauid et viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

XXV

Dicitus est autem samuel. et congregatus est vniuersus israel. et plaxerunt eum nimis et sepelliuerunt eum in domo sua in ramatha. Consenseruntque dauid descendit in desertum pharan. erat autem vir quispiam in solitudine maon et possessio eius in carmel. hoc ille magnus nimis. eratque ei unus tria milia et mille capre. et accidit ut totidem grex eius in carmelo. Nomus autem viri illius erat nabat. et nomus uxoris eius abigail. eratque mulier illa prudentissima et speciosa. Porro vir ei durus et pessimus et maliciosus. erat autem de genere caleph. Tu autem audiisset dauid in deserto quod totidem nabati gregem suum misit deinceps et dixit eis. Ascendite in carmeli et venietis ad nabat. et salutabis eum ex nomine meo pacifice. et sic dicitur. Sit fratribus meis et tibi Pax et domini tue Pax. et oibus quecumque habebis sit Pax ex multis annis saluos facies tuos et oia tua. Audiuisti quod totidem pastores tui greges tuos qui erant nobiscum in deserto. Numquid eis molesti sumus nec aliquando defuerunt quicquam eis de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in carmelo. Interroga pueros tuos. et idicabunt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gram in oculis tuis. In die enim bona veniam ad te. Quodcumque inuenient manus tua da seruus tuis et filio tuo dauid. cumque venissent pueri dauid. locuti sunt ad nabat. et verba hec ex nomine dauid et filie runt. Respondens autem nabat pueris dauid ait. Quis est dauid et quis est filius isai. Hodie invenierunt servi qui fugiunt dominos suos. Tollite ergo panes meos et aquas meas et carnes pecorum que occidi tonsoribus meis et dabo viris quos nescio unde sint. Regressi sunt itaque pueri dauid per viam suam et reversi venerunt et anficiaverunt ei oia verba que dicebat nabat. Tunc ait dauid pueris suis. Accingat unusquisque gladio suo. et accincti sunt singuli gladiis suis. Accinctusque est et dauid ensis suo. et secuti sunt dauid quasi quadringenti viri. Porro ducenter remanserunt ad sarcinas. Abigail autem uxori nabati nunciavit unus de pueris suis dicentes. ecce dauid misit nuncios de deserto ut benedicterent domino nostro

et auersatus est eos. Homines isti boni satis fuerunt nobis et non molesti. nec quicquam aliquando periret omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto. Pro mero erant nobis tam in nocte quam in die oibus diebus quibus pavimus apud eos genes. Quaoibet considera et recogita quid facias. quoniam completa est malitia aduersum virum tuum et aduersum domum tuam. et ipse est filius behalita ut nemo possit ei loqui. Festinavit igit abigail. et tulit ducertos panes et duos utres vini. et quinq[ue] arletes coctos. et quinq[ue] sara polente. et centus ligaturas vnde passae. et ducentas massas caricarunt et posuit super asinos. dixitque pueris suis. Precedite me et ecce ego post tergum sequar vos. Viro autem suo nabat non indicauit. Cum ergo ascendisset assiduum et descendenter ad radicem montis dauid et viri eius descendebant in occursum eius. Quibus et illa occurrit et ait dauid. Vere frustra seruavi oia que huius erant in deserto. et non periret quicquam de cunctis que ad eum pertinebant. et reddidit mihi malum per bonum. Hec faciat dominus inimici dauid et hoc addat. si reliquero de oibus que ad ipsum pertinent usque mane minorem ad parietem. Cum autem vidisset abigail dauid. festinavit et descendit de asino. et procidit coram dauid super faciem suam. et adorauit super terram. et cecidit ad pedes eius. et dixit. In me sit domine mihi haec iniquitas. Loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis. et audi verba famule tue. Ne ponat ordo dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum nabat. quoniam secundum nomen suum stultus est. et est stulticia cum eo. ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos domine mihi quos misisti. Nunc ergo domine mihi vivit dominus et vivit anima tua qui perhibuit te ne uenires in sanguinem et saluator meum tuum tuam tibi. et nunc sicut nabat inimici tui. et qui querunt domum meo malum. Quapropter suscipe benedictionem hanc quam attulit ancilla tua tibi domino meo. et da pueris qui sequuntur te domum meum. Aufer iniquitatem famule tue. Faciens enim faciet dominus tibi domino meo domum fidelem. quia prelia domini domine mitti preliaris. Malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vite tue. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te vel querens animam tuam. erit anima domini mei custodita. quasi in fasciculo uiuentium apud dominum deum tuum. Porro inimicorum tuorum anima rotabitur. quia si in impetu et circulo funde. Cum ergo fecerit tibi dominus dominum meo omnia haec que locutus est bona de te. et constituerit te ducem super israhel non erit tibi hoc in singulum et in scrupulis cordis domino meo quod effuderis sanguinem innoxium aut ipse te vultus fueris. et cum beneficerit dominus dominum meo. recordaberis ancille tue. et tu benefacies ei. et ait dauid ad abigail. Benedictus deus deus israel qui misit te hodie in occursu meum. et benedic eloquium tuum. et benedicta tu quod prohibuisti

me hodie ne irem ad sanguinem: et vlciscerer me manu mea. Aloquin viuit dñs deus israel qui p habuit me ne malum facerem tibi: nisi cito venis ses in occursum mibi: nō remansisset nabat vsq ad lucem matutinam nungens ad parietem. Su scipit ergo dauid de manu eius oia que attulerat ei diraqz ei. vade pacifice in domum tuaz. Ecce audiui vocem tuam. et honoravi faciem tuam. Ne nit autem abigail ad nabat. Et ecce erat ei conui uium in domo eius quasi conuiuum regis. et cor nabat uicundum. Erat enim ebrius nimis et non idicauit ei verbum pusillum aut grande vsq ma ne. Vileculo autem euz digessisset vinum nabat: i dicauit ei vxor sua verba hec. Et emortuum est eor eius itinsecus. et factus est quasi lapis. Lungz p transiissent decez dies: percussit dñs nabat. et mor tuus est. Quod cum audisset dauid mortutum na bal. ait: Benedictus dñs qui iudicauit cām op p brii mei de manu nabat. et seruum suum custodi uit a malo. et maliciam nabat reddidit dñs in cap eius. Misit ergo dauid et locutus est ad abigail ut sumeret eam sibi in uxorem. Et venerunt pueri dauid ad abigail in carmelum et locuti sunt ad eā dicentes. Dauid misit nos ad te ut accipiat te si bi in uxorem. Que consurgens adorauit prona i terram. et ait. Ecce famula tua sit in ancillam ut lauet pedes seruorum dñi mei. Et festinauit et sur rexit abigail et ascendit super asinuz. et quinqz pu elle ierunt cum ea pedissime eius. et secura ē nū cios dauid. et facta est illi uxori. Sed et achinoē ac cepit dauid de iezrahel et fuit utraqz uxori ei. Samul autem dedit michol filia sham uxorez dauid phalphi filio lais: qui erat de gallim. XXVI

Et venerunt ziphei ad saul in gabaa di centes. Ecce dauid absconditus est in colle achile que est ex aduerso solitudinis. Et surrexit saul. et descendit in deserto ziph et cum eo tria milia virorum de electis israel ut q reret dauid in deserto ziph. Et castramatus ē saul in gabaa achile: que erat ex aduerso solitudinis in via. Dauid autem habitabat i deserto. Edens autem q venisset saul post se in desertum: misit exploratores et didicit q illuc venisset certissime. Et surrexit dauid clam. et venit ad locū ubi erat saul. Lungz vidisset locus in quo dormiebat saul. et anner filius ner princeps militie eius: et saul dormientem in tentorio. et reliquum vulgus per circuitum eius ait dauid ad achimelech ethi um. et abisai filiu saruie fratre ioab dicens. Quis descendet tecum ad saul in castra. Dixitqz abi sai. Ego descendam tecuz. Venerunt ergo dauid et abisai ad populum nocte. et inuenierunt saul iacentem et dormientem in tentorio: et hastam fixaz in terra ad caput eius: abner autem et populum dormientes i circuitu eius. Dixitqz abisai ad da uid. Conclusit deus inimicum tuum hodie i manus tuas: Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel. et secundo opus non erit. Et dixit da

uid ad abisai. Ne interficias eum. Quis enī extendet manum suam in christum dñi. et innocens erit. Et dixit dauid. Tuit dñs qr nisi dñs percusserit eum aut dies eius venerit ut moriatur. aut i prelium descendens perierit: propitius mibi sit dñs ne extendam manum meam in christum dñi. Nunc igitur tolle hastam que est ad caput eius et cyphum aque. et abeamus. Tuit igit dauid hastam et cyphum aque qui erat ad caput ei et abie runt. Et non erat quisqz qui videret et intelligeret et euigilaret: sed omnes dormiebant qr sōpor dñi irruerat super eos. Lungz transiisset dauid ex ad uero et stetisset in vertice montis delonge. et esset grande iteruallum inter eos: clamanuit dauid ad populum. et ad abner filium ner dicens: Nonne es tu qui clamas. et inquietas regem? Et ait dauid ad abner. Nunquid non vir tu es. Et quis disti dñm tuum regem. Ingressus est enim vnu de turba ut interficeret regem dñm tuum. Non est bonum hoc quod fecisti. Tuit dñs: quoniam filii mortis estis vos: quia non custodistis dñm vnum christum dñi. Nū ergo vide vbi sit hasta regis. et vbi sit cyphus aque qui erat ad caput ei. Egnouit autem saul vocem dauid. et dixit. Nū qd vox tua fili mi dauid? Et ait dauid. Vox mea dñe mi rex. Et ait. Quam ob causam domi aut quod est maluz in manu mea. Nunc ergo aude aduersum me odoreretur sacrificium. Si autem filii hominum maledicti sunt in conspectu domini qui elecerunt me hodie ut non habitem in hereditate dñi dicentes: vade serui dñs alienis. Et nunc non effundatur sanguis meus in terra corā dño: quia egressus est rex israel ut querat pulicē vnum sicut persequitur perdit in montibus. Et ait saul. Peccavi. Reuertere fili mi dauid. Ne fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet enim q stulte egerim et ignorauerim multa nimis. Et respondens dauid ait. Ecce hasta regis: trans se at vnu de pueris regis et tollat eam. Domini autem retribuet vnicuz secundum iusticias suā et nolui extēdere manū meā i christū dñi. et sicut magnificata āia tua hodie i oculis meis sic māde omni agustia. Ait ergo saul ad dauid. Benedic tu fili mi dauid. Et quidem faciens facies et potens poteris. Abut autem dauid in viam finaz. et saul reuersus est in locum suum.

Et ait dauid in corde suo. Aliquando in cidam vna die in manus saul. Nonne melius est ut fugiam et saluer i terra phi listinorum ut desperet saul. cesseret me querere i cunctis finibus israel. Fugiam ergo manus eius.

Et surrexit David et abiit ipse et secenti viri eius ad achis filium maech regem geth. Et habuit dauid cū achis in geth ipse et viri eius et domus eius et due uxores eius. Achinoen iezrahelites et abigail uxor nabal carmeli. Et nunciatum est saul quod fugisset dauid in geth et nō addidit ultra querere eum. Dixit autem dauid ad achis: Si inueni gratiam in oculis tuis de me mihi locus in una urbium regio huius ut habeatur ibi. Cur n. manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? Dedit itaque ei achis in die illa sicelech. Propter quam eam facta est sicelech regnum iuda usque in diem hanc. Fuit autem numerus dierum quibus habitauit dauid in regione philistinorum quatuor mensium. Et ascendit dauid et viri eius et agebat pīdas de gessuri et de gezre et de amelechitis. Hic n. pagi habitabat in terra antiqua euntibus survisque ad terrā egypciū. Et periebat dauid omnē terrā illorū ne reliquiebat viuētem virum et mulierē tollensque oves et boues et asinos et camelos et vestes reuertebat et venit ad achis. Dicebat autem ei achis: In quem irruisti hodie? Respondebat dauid: Contra meridiē iude et contra meridiē hieramel et contra meridiē ceni. Vix et mulierē nō vivificabat dauid: nec adducebat in geth dices: ne forte loquaris aduersum nos: Hec fecit dauid. Et hec erat decretū illi omib[us] diebus quibus habuit in regione philistinorum. Credidit ergo achis dauid dices: Absulta mala opatus est contra populum suū israel. Erit igitur mihi seruus sempiternus.

Factū est autem in diebus illis: congregauerunt philistini agmina sua ut parent ad bellū contra isrl. Dixitque achis ad dauid. Sciens nūc scito: quoniam meū egredieris in castris tuis et viri tuū. Dixitque dauid ad achis: Nūc scies quod facturus es seruus tuus. Et ait achis ad dauid: I ego custodes capis mei ponā te curias diebus. Samuel autem mortuus est: plantitque eum os isrl: et sepelierunt eum in ramatha urbe sua. et saul abstulit magos et ariolos de terra et interfecit eos quod phitonēs habebat in ventre. Congregatiq[ue] sunt philistini et venerunt et castrametati sunt in sunā. Congregavit autem et saul vniuersum isrl et venit in gelboe. Et vidit saul castra philistini et timuit et expauit cor eius nimis. Consiluitque dñm et nō rūdit ei: neque per somnia: neque per sacerdotes: neque per prophetas. Dixitque saul seruis suis: Querite mihi mulierē huius phitonē et vadam ad eam et suscitabor per illam. et dixerunt seruui eius ad eum. Est mulier phitone huius in endo: Autem quod est habitum suū: vestitus est alijs vestimentis et abiit ipse et duo viri cū eo. Veneruntque ad mulierē nocte. et ait illi: Dūna mihi in phitone: et suscita mihi quod dixerō tibi. et ait mulier ad eum. Ecce tu nosti quanta fecerat saul et quod eraserit magos et ariolos de terra. Quare ergo insidiaris aie mee ut occidar? Et iurauit ei saul in dñō dicens: Ubi dñs: qui nō euenerit tibi quod ī malis propter hanc rem. Dixitque emulier. Quem su-

scitabo tibi: Qui ait. Samuelem mihi suscita. cū autem viduisse mulier samuelē: exclamauit voce magna. et dixit ad saul. quare ipso suscisti mihi? Tu es enim saul. Dixitque ei rex: Noli timere: Quid vis disti? Et ait mulier ad saul: Deos vidi ascendentis de terra. Dixitque ei: Qualis est forma eius? quod ait: Vir senex ascendit et ipse amictus est per alio. et intellexit saul quod samuel esset et inclinauit se super faciem suam in terra. et adorauit. Dixit autem samuel ad saul: Quare inquietasti me ut suscitarer? Et ait saul: Coartor numeris. Si quisque philistini pugnat aduersum me: et deus recessit a me. et exaudire me noluit. neque in manu prophetarum neque per somnia. vero cani ergo te: ut ostendres mihi quod faciam. et ait sauel: Quid interrogas me cum deus recesserit a te et transierit ad emulum tuum: faciet n. tibi dominus minus sicut locutus est in manu mea: et secundet regnum tuum de manu tua. et dabit illud proximo tuo dauid: quoniam non obedisti vocis domini neque fecisti iram furorem eius in amalech. Idecirco quod pateris secundum deum hodie. et dabit deus etiā israel tecum in manu philistini. Eras autem tu et filii tui mecum eritis: sed et castra isrl tradet deus in manu philistini. Statimque saul cecidit porrectus in terram: Extinxierat n. verba samuelis et robur non erat in eo quia non comedera panem tota die illa. Ingressa est itaque mulier ista ad saul. Conturbatus enim erat valde. Dixitque ad eum. Ecce obediuimus ancilla tua vocē tue. et posui animā meā in manu mea et audiui sermones tuos quos locutus es ad me. Num igitur audi et tu vocem ancille tue. et ponā coram te buccellā panis ut comedens qualecas et possis iter agere. Qui renuit et ait: Non comedam. Coegerunt autem eum servi sui et mulier et tandem audita voce eoy surrexit de terra et sededit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulum per scualē in domo et festinavit et occidit eum. Tollētque farinā misericordia eam et corit azyma. et posuit ante saul et ante seruos eius. Qui cum comedissent: sicut rexerunt et ambulauerunt per totam noctem illā.

Ggregata sunt philistini vniuersa agmina in aphec. Sed et isrl castrametatus est super fontes qui erat in iezrahel. Et satrapē quodē philistini incedebant in centuriis et milibus. dauid autem et viri eius erant in nouissimo agmine cū achis. Dixeruntque principes philistini ad achis: Quid sibi vobūt hebrei isti. Et ait achis ad principes philistini: Numquid ignoras dauid quod fuit seruus saul regis isrl. et ē apud me multis diebus vel annis: et non inueni in eo quod ex die quod transiugit ad me: usque ad diem hanc. Iraui sunt autem aduersum eum principes philistini et dixerunt eum: Ne eueras vir et sedeat in loco suo in quo postulisti cū eum. et nō descendet nobiscum in plū ne fiat nobis aduersarius cum pliari ceperimus. Quod n. aliter poterit placare dñm suū nisi in capitibus nr̄is: Nōne iste ē dauid cui catabat in chorus dicentes: Percussit

saul in milibus suis. et dauid in decem milib⁹ suis
Uocauit g⁹ Achis dauid et ait. Quid dominus: qui
rectus es et bonus in pspectu meo. et exitus tuus
et introitus tuus mecum est in castis. Et non inueni
ni in te q̄cū mali: ex die qua venisti ad me vsq⁹
in diem hāc. sed satrapis nō placet: Neuertere
g⁹ et vadē in pace: et non offendas oculos satrapa
rum philistijm. Dixitq⁹ David ad Achis: Quid
enim feci et quid inuenisti in me seruo tuo a die q̄
fui in pspectu tuo vsq⁹ in diem hāc ut non venia
et pugnem ptra mimicos dñi mei regis? R̄ndens
aut̄ Achis locutus ē ad dauid. Scio quia bon⁹
es tu in oculis meis sicut angelus dei. sed princi
pes philistinorū dixerunt: Non ascendet nobiscū
in plūm. Iḡl plurime mane: tu et serui dñi tui q̄
venerunt tecum et cū de nocte surrexeritis et cepe
rit dilucēcere p̄git. Surrexit itaq⁹ de nocte da
uid ip̄e et viri eius ut p̄secerent manū: et reuer
terentur ad terram philistijm. Philistijm aut̄
ascenderunt in iczrael.

XXX

Gunq⁹ venissent dauid et viri eius in sice
lech die tertia amalechite impetum fe
cerant ex pte australi in sicelech: et p̄cu
serant sicelech et succederant eam igni. Et capti
uas duxerant mulieres ex ea: a minimo vsq⁹ ad
magnum et non interfecerat quēq⁹: sed secū duxe
rant et p̄gebant itinere suo. Lūz g⁹ venisset dauid
et viri eius ad ciuitatem et inuenissent eā succēsaz
igni et vires suas et filios suos et filias ductas eē
captivas. leuauerunt dauid et populus q̄ erat cū
eo voces suae et plauixerunt donec deficerent in
eis lachryme. Sigdem et due vires dauid capti
ue ducie fuerant achinoen iczabelites. et abigail
vix nabal carmeli. et p̄tristatus est dauid valde.
Uolebat. n. eum populus lapidare: quia amara
erat aia vniuersitatisq⁹ viri sup filios suis et filiab⁹.
Confortatus est aut̄ dauid in domino dco suo
et ait ad abiathar sacerdotem filium achimelech.
Applica ad me ephor: Et applicuit Abiathar
ephor ad dauid et p̄suluit dauid dominū dicens:
Persequar latrunculos hos et comprehendā eos
an non? Dixitq⁹ ei dominus. Persequere absq⁹
dubio. n. comprehendes eos. et excutes p̄dā. Abiath
ergo David ip̄e et sexcenti viri qui erant cum eo.
et venerunt vsq⁹ ad torrentem besor. et lassi qdam
subsisterunt. Persecutus est autem David ipse
et quadringenti viri cum eo subsisterant. n. ducenti
qui lassi trāsire non poterant torrente besor. et in
uenerunt viri egyptiū in agro et adduxerunt euī
ad David. Ederūtq⁹ ei panem ut comedereret et
biberet aquā: sed et fragmen masse caricarum: et
duas ligaturas vix p̄sse. Qui cū comedisset re
uersus est spūs eius et refocillatus ē. Non. n. co
mederat panem neq⁹ biberat aquā trī us dieb⁹
et tribus noctibus. Dixit itaq⁹ ei David: Cuius
es tu: vel vñ et quo p̄gis? Qui ait: Puer egypti⁹
ego sum seruus viri amalechite. Bereliquit autē
me dñs meus: quia egrotare cepi nudiustertius.

Siquidem nos eripimus ad australem plagā
cererbi et ptra iuda. et ad meridiem caleph et sice
lech succendimus igni. Dicitq⁹ ei dauid: Protes
me ducere ad istum cuncū? Qui ait: Jura m̄hi
p̄ deuz q̄ nō occidas me. et nō tradas me ī man⁹
domini mei et ego ducā te ad cuncū istū. Et iura
uit ei David. Qui cum duxisset eum: ecce illi dis
cumbebat sup faciem vniuersē terre comedentes
et bibentes et quasi festum celebrātes diem: p̄ cun
cta p̄da et spolijs que ceperat de terra philistijm
et de terra iuda. et p̄cuisset eos dauid a vespa vsq⁹
ad vesperā alterius diei. et non euasit ex eis q̄sq⁹:
nisi tñ quadrungenti viri adolescentes qui ascen
derant camelos et fugerant. eruit ergo dauid om
nia que tulerat amalechite: et duas vires suas
eruit. Nec desuit quisq⁹ a p̄o vsq⁹ ad magnum
tam de filiis q̄ de filiabus et de spoliis. et quecum
q̄ rapuerat omnia reduxit David et tulit vniuer
sos greges et armenta. et minuit ante faciem suā
Dixit aut̄q⁹: Hec ē p̄da dauid. Uenit aut̄ dauid
ad ducentos viros qui lassi substiterat: nec sequi
poterant David et residere eos iusserrat in torren
te besor. Qui egressi sunt obuiā dauid et populo
qui erat cum eo. Accedens aut̄ dauid ad popu
lum salutauit eos pacifice. R̄ndensq⁹ omnis vir
pessimus et iniquus de viris qui erant cū dauid.
dixit. Quia non venerunt nobiscum non dabim⁹
eis quicquā de p̄da quā crūim⁹: sed sufficiat vni
cuiq⁹ virorū sua et filii quos cū acceperint recedat.
Dixit autem dauid: Non sic facietis fratres mei
de his que tradidit nobis dominus: et custodiu
nos et dedit latrunculos qui eruperāt aduersum
nos in manus nostras. nec audiet vos quisquam
sup sermone hoc. Equa. n. ps erit descendens ad
plūm et remanentes ad sarcinas: et similiter diui
nitatum et p̄finitum et quasi lex in isrl vsq⁹ in dies
hāc. Uenit ergo David in sicelech et misit dona de
p̄da senioribus iuda p̄ximis suis dicens: Recipi
te benedictionem de p̄da hostium dñi. His qui
erant in bethel et qui in ramoth ad meridiem: et
qui in gether. et qui in aroer. et qui in sephamoth
et qui in esthama. et qui in rachal. et qui in vrbib⁹
hierameli. et qui in vrbibus eeni. et qui in rama. et
reliquis qui erāt in his locis in qbus p̄morat⁹ fu
erat David et viri eius.

Philistijm autem pugnabant aduersum
isrl et fugerunt viri isrl ante faciem philis
tijm et ceciderunt interficti in mōte gel
boe. Irrueruntq⁹ philistijm in saul et in filios ei⁹
et p̄cuissent ionathan. et abinadab. et melchisue
et p̄secuti sunt eum viri sagittarii et vulneratus est
velhemeter a sagittarii. Dixitq⁹ saul ad armige
rum suū. E vagina gladiū tuū et peccate me: ne for
te veniat incircūcisi isti et interficiat me illudētes
mihi. et noluit armiger ei⁹ fuerat. n. nūmio terrore

XXXI

pteritus. Arripuit itaq; saul gladium suum et irruit super eum. Quod cum vidisset armiger eius videlicet quod mortuus esset saul. irruit etiam ipse super gladiū suum et mortuus est cum eo. Mortuus est ergo saul et tres filii eius et armiger illius et vniuersivi ri eius in die illa pariter. Videntes autē filii israel qui erant trās vallem et trās iordanē quod fugissent viri israelite. et quod mortuus esset saul et tres filii eius reliquerunt ciuitates suas et fugerūt. Venerūtq; philistijm et habitauerūt ibi. Facta autē die altera venerūt philistijm ut expoliarent interfectos et inuenerūt saul et tres filios eius iacētes in monte gelboe. et p̄ciderunt caput saul. et expoliauerūt eum armis. et miserūt in terram philistinorum per circuitū ut annunciaret in templo idolorum et in populis. et posuerūt arma eius in templo astoroth: corpus vero eius suspenserūt in muro Bethsan. Quod cū audisset habitatores iabes Galaad quod cūq; fecerant philistijm saul: surrexerunt omnes viri fortissimi et ambulauerunt tota nocte: et tulere runt cadaver saul et cadavera filiorum eius: de muro bethsan. Venerūtq; viri iabes galaad et obus ferunt ea igni. et tulerūt ossa eorum. et sepelierunt in nemore iabes. et ieunauerūt septem diebus

Explicit Liber p̄mus Samuelis.

Incipit Secundus Liber Samuelis.

Capitulum.

.I.

Actum est au-

tem postquam mortuus est saul ut dauid reueteretur a cede amalech et maneret in sicelech duos dies. In die autē tertia apparuit homo veniens de castris saul ueste p̄scissa: et puluere conspersus caput. Et ut venit ad dauid cecidit super faciem suā et odorauit. Dixitq; ad eū dauid: Unū venis? Qui ait ad eū. Be caltrie isrl̄ fugi. et dixit ad eū dauid: Quod ē verbū quod factum ē? In dica mihi. Qui ait: Fugit p̄plius ex plio: et multi coruētes et pplo mortui sunt: et saul et ionathas filius eius intericrūt. Dixitq; dauid ad adolescē tem quod nunciabat ei: Unū scis: quod mortuus est saul: et ionathas filius ei? Ait adolescens quod nunciabat ei. Casu veni in montem gelboe et saul incūbebat super hastam suā: porro currus et eques appropinabant ei et p̄uersus post tergū suum. videntesque me vocauit. Cui cū respondissem adsum. Dixit mihi. Quis nā es tu? Et aio ad eum. Amalechites ego sum. Et locutus est mihi. Sta super me: et interfice me: quoniam tenet me angustie: et adhuc tota anima mea in me est. Stansque super eum occidi illum Sciebā. n. qd̄ vivere nō poterat post ruinam. Et tuli diadema quod erat in capite eius. et armillaz de brachio illius: et attuli ad te dominū meū huc

Apphendens autē dauid vestimenta sua scidit omnesque viri qui erant cum eo. et planixerunt et flenerunt et ieunauerunt usque ad vesperā super saul et super ionathan filium eius. et super populum domini et super domum isrl̄: eo quod corrueissent gladio. Dixitq; Dauid ad inuenem quod nunciauerat ei: Unū es tu? Qui r̄ndit: Filius hois aduene amalechite ego sum. Et ait ad eū dauid: Quare nō timuisti mittere manū tuam ut occideres xp̄m dñi? Vocāsq; dauid vnu de pueris suis ait: Accedens irrue in eum. Qui p̄cessit illū et mortuus ē. Et ait ad eum dauid. Sanguis tuus super caput tuū. Os. n. tuū locutum est aduersum te dices: ego interfeci xp̄m domini. Planxit autē dauid planetū huiuscemodi super saul et super ionathan filium eius. et p̄cepit ut doceret filios iuda arcū: sicut scriptū est in libro iustorū. et ait: P̄sidera isrl̄ p̄ his quod mortui sunt: super excelsa tua vulnerati. Incliti isrl̄ super mortes tuos interfecti sunt. Quod ceciderūt fortis: Nolite annuciare in geth: neque annūcieatis in compitis ascensionis: ne forte letentur filie philistij: ne exultent filie incircūcisorū. Mortes gelboe: nec ros nec pluvia veniat super vos. Neque sint agri p̄mitiarū: quod ibi abiectus ē clypeus fortium. clypeus saul qui nō esset vinctus oleo a sanguine interfectorum ab adipe fortium. Sagitta Jonathae nunquā rediit retrosum. et gladius saul nō est reversus inanis. Saul et ionathas amabiles et decori valde in vita sua: in morte quoque nō sunt diuersi. Aglis velociores: leonibus fortiores. filie israel super saul flectentes qd̄ vestiebat se coccino in delitijs: et p̄bebat ornamenti aurea cultui vero. Quomodo ceciderunt fortis in plio? Jonathas in excelsis tuis occisus est. Boleo super te frater mihi ionatha decore nimis: et amabilis super amorem mulierum. Sicut mater vni cum amat filium suum: ita ego te diligebam. Quomodo ceciderūt robusti. et perierunt arma bellica.

II

Dicitur post h̄ p̄fūluit dauid dñm dices. Num ascendā in vna de ciuitatibus iuda: Et ait dñs ad eum. Ascende. Dixit quod dauid. Quo ascendam? Et r̄ndit ei. In hebro ascendit ḡ dauid et due viros eius achinoen iezrahelites et abigail vxor nadab carmelii. sed et viros qui erant cum eo duxit dauid singulos cum domo sua et māserunt in oppidis hebron. Venerūt quod viri iuda et vxerunt ibi dauid ut regnaret super domum iuda. Et nunciatus est dauid quod viri iabes galaad sepelissent saul. Hisit ḡ dauid nuncios ad viros iabes galaad. Dixitq; ad eos: Benedicti vos a dño qui fecistis misericordiam hanc cum dño vero saul. et sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis qd̄dem dñs misericordiam et veritatē et ego reddam gratiam eo quod fecistis vobis istud. Confortentur manus vere et estote filii fortitudinis. Licet enim mortuus sit dñs vester saul: tñ me vnxit dominus iuda in regem sibi. Abner autē filius ner p̄cepis exercitus saul tulit isboseth filium saul. et

I 2

circundixit eum p castra. regemq; constituit sup
 galAAD t sup gesturi: t sup iezrael. t sup effram.
 t sup beniamin. t sup israel vniuersum. Quadra
 ginta annoz erat iesbo seth filius saul cum regna
 re cepisset sup isrl: t duobus annis regnauit. So
 la aut domus iuda sequebat dauid. Et sunt nre
 rus diez quos cōmoratus e dauid imperans in
 hebron sup domū iuda septem annoz t sex men
 sium. Egressusq; e abner filius ner: t pueri isbo
 beth filii de castris in gabaon. Porro ioab fili
 sarue t pueri dauid egressi sunt t occurrerunt eis
 in piscinā gabaon. t cū in vnū puenissent e regio
 ne federunt hi in vna pte piscine. t illi ex altera.
 Dixitq; abner ad ioab. Surgat pueri: t ludant
 corā no bis. t r̄ndit ioab: Surgat. Surrexerunt g
 t transferunt numero duodecim de beniamin ex p
 te isboseth filij saul t duodecim de pueris dauid.
 App̄hensoz vniusq; capite pparis sui defixit
 gladiū in latus ptrarij: t ceciderunt siml. Vocabū
 q; est nomē loci illius ager robustor in gabaon.
 Et ortū e bellū dux sat in die illa. fugatusq; e ab
 ner t viri isrl a pueris dauid. erant aut ibi tres
 filii saruie: ioab t abisai t asabel. Porro asabel
 cursor velocissimus fuit qst vnus de capreis qui
 morant in silvis. Persequebat aut asabel abner t
 nō declinauit ad dextrā siue ad sinistrā omittēt
 pseq abner. Esperit itaq; abner post tergū suū
 t ait: Tu ne es asabel? Qui r̄ndit: Ego suz. Dixit
 q; ei abner. Vade ad dextrā siue ad sinistrā t ap
 phende ynu de adolescentibus t tolle tibi spolia
 eius. Voluit autē asabel omittere qn vrgeret eū.
 Rursumq; locutus e abner ad asabel. Recede
 t noli me seq ne forte pellar fodere te in terram
 t lenare nō potero facie meā ad ioab frē tuum.
 Qui audire p̄cepit t noluit declinare. Percus
 sit ḡ eum abner auersa hasta in inguine t transfo
 dit t mortuus e in eodē loco. Dēsq; transibat p
 locū illum in quo ceciderat asabel t mortu⁹ erat
 ssistebant. Persequentib⁹ autē ioab t abisai fu
 gientē abner. sol occupuit. t venerunt vsq; ad col
 lem aquductus q est ex aduerso vallis t itineris d
 ferti in gabaon. Longagatiq; sunt filij Benia
 min ad abner t pglobati in vnū cuneum. stetit
 in summitate tumuli vnius. t exclamauit Abner
 ad ioab t ait. Num vsq; ad internitionē tu⁹ mu
 cro defenier? An iigras q piculosa sit desperatio
 Usq; nō dicas pplo vt omittat pseq fratres
 suos: t ait ioab: Ubi dñs: si locutus fuisses ma
 ne recessisset pplo's psequens fratrē suū. Insou
 it ḡ ioab buccina t stetit omis exercitus: nec pse
 cuti sunt yltra isrl: neq; iniere certamē. Abner au
 tem t viri eius abierunt p campestria moab tota
 nocte illa. t transferunt iordanē t lustrata om̄ be
 thron venerunt ad castra. Porro ioab reuersus
 amissis abner pgregauit om̄e pplo t defuerunt
 de pueris dauid. t nouē viri excepto asaheli.
 Serui autem dauid pcesserunt de beniamin t d
 viris qui erāt cum abner trecentos sexaginta: qui

t mortui sunt. Tuleruntq; asahel t sepelierunt eū
 in sepulchro p̄ris sui in bethleem. t abulauerunt
 tota nocte ioab t viri q erant cū eo. t in ipo cre
 pusculo puererunt in hebron.

III.
Acta est ḡ longa pcertatio inter domū

David t inter domum saulis. David p
 ficiens t semp scipio robustior: domus
 autem saul decrescens quotidie. Atiq; sunt filii
 dauid in hebron. Fuitq; p̄mogenitus eius annō
 de achinoen iezrahelite. t post eum Chelab de
 abigail vxori nabal carmeli. Porro tertius absa
 lon filius maacha filie tholomai regis gesur.
 Quartus autem adonias filius agith. t quintus
 saphacias filius abithal. Sextus quoq; hietraā
 de egla uxore dauid. Hi nati sunt dauid in hebro
 Cum ḡ esset plūm inter domum saul t domum
 dauid abner filius ner regebat domum saul. Su
 erat autem sauli p̄cubina noīe respha filia acha
 ingressusq; est ad eā abner. Dixitq; isboseth ad
 abner: Quare ingressus es ad p̄cubinā p̄ris mei
 Qui iratus numis ppter vba isboseth: ait. Nū
 quid caput canis ego sum aduersum uidā hodie
 q̄ fecerim misericordiam sup domum saul patris
 tui t sup fratres t p̄mos eius: t non tradidi te
 in manu dauid t tu requisisti in me: q̄ argures
 p muliere hodie. Hec faciat deus abner t h ad
 dat ei: nisi quomodo iurauit dñs dauid sic faciat
 cum eo vt transserat regnum de domo saul t ele
 uel thronus dauid sup isrl t sup uidā a dan viq;
 bersabee. t nō potero r̄ndere ei q̄ quicq; q̄ metue
 bat illum. Misit ḡ abner nuncios ad dauid i he
 bron p se dicentes: Unus est terra: Et vt loque
 renf: Fac mecum amicitias. t erit manus mea te
 cum t reducā ad te vniuersum isrl. Qui ait. Op
 time. Ego facia tecum amicitias: sed vnā rem pe
 ro a te dicens. Non videbis facie meā antequaz
 adduxeris mihi michol filiam saul. t sic venies t
 videb me. Misit aut dauid nuncios ad isboseth
 filium saul dicens: Redde vrox meā michol quā
 despondi mihi centū p̄putijs philistij. Misit ḡ
 isboseth t tulit eā a viro suo phaltiel filio lais. Et
 quebaturq; eā vir suus ploras vsq; baturum. Et
 dixit ad eū abner. Vade t reuertere. Qui reuert
 sus est. Sermonem quoq; intulit abner ad senio
 batis dauid vt regnaret sup vos. Nunc ḡ facite:
 qm dñs locutus est ad dauid dicens: In manu
 mi philistij t omnium inimicorum eius. Locutus
 est autem abner etiā ad beniamin. Et abiit vt lo
 queret ad dauid in hebron oia q̄ placuerat israe
 li t vniuerso beniamini. venitq; ad dauid in hebro
 cum. xx. viris. Et fecit dauid abner t viris eius q̄
 venerat cum eo p̄iuuum. t dixit abner ad dauid
 Surgā vt p̄garem ad te dñm meū regē om̄e
 isrl t in eā tecum sedus: t imperes omib⁹ sicut
 desiderat alia tua. Unus ḡ deduxisset dauid abner
 t ille issit in pace: stati pueri dauid t ioab venient

b filii dauid.

cessis latronibus cum p̄da magna nimis. Abner aut̄ nō erat cum David in hebron: q̄ iaz dimis̄ rat eum et̄ p̄fectus fuerat cum pace. et̄ ioab et̄ ois exercitus q̄ erāt cum eo postea venerāt. Nuncia tum est itaq̄z ioab a narratibus: Uenit Abner filius ner ad regem et̄ dimis̄ eum et̄ abiit in pace. et̄ ingressus est ioab ad regē. et̄ ait: Quid fecisti: ecce venit abner ad te. Quare dimis̄isti eū. et̄ abiit et̄ recessit. Ignoras abner filium ner qm̄ ad hocvenit ad te: vt deciper te. et̄ sciret exiū tuū et̄ introitū tuum et̄ noscer omia q̄ agis: egressusqz itaq̄z ioab a David misit nuncios post abner. et̄ reduxit eūz a cisterna syra i grante David. Lungz rediss̄ abner in hebro seorsuz adduxit eūz ioab ad mediū porte vt loquereb̄ ei in dolo. et̄ pcussit illum ibi in inguine: et̄ mortuus est in vltionem sanguinis asa bel fratr̄ eius. Qd̄ cum audisset David rem iā gestā. ait: Absurdus ego sum. et̄ regnū meū apud deum vsqz in sempiternū a sanguine abner filij ner. et̄ veniat sup caput ioab et̄ sup omnem domū p̄is eius: nec deficiat de domo ioab fluxus semi nis sustinens et̄ leprosus et̄ tenens fusum. et̄ cadēs gladio et̄ indigēs pane. Igis̄ ioab et̄ abisai frater eius interfecerūt abner: eo q̄ occidissent Asabel fratrem eoz in gabaon in p̄lio. Dixit aut̄ David ad ioab et̄ ad omnem ppl̄m q̄ erat cum eo. scindite vestimenta v̄ra et̄ accingimini saccis. et̄ plangite an̄ exequias abner. Porro rex David seq̄ba se retrum. Lungz sepelissent abner in hebron: leuit rex David vocem suā et̄ fleuit sup tumuluz abner. Fleuit autem et̄ ois ppl̄s. Plangēsqz rex et̄ lu gens abner ait: Neq̄qz vt mori solēt ignauī mor tuus es abner. Danus tuc ligate nō sinit. et̄ pedes tui nō sinit p̄pedibus agḡuati: sed sic solent cadere corā filiis iniqtatis sic coruisti. Ogemiansqz omnis ppl̄s fleuit sup eum. Lungz venis set vniuersa multitudo cibuz cape cū David clara adhuc die: iuravit david dicēs. Hec faciat mihi deus: et̄ h̄ addat si an̄ occasum solis gustavero panē vel aliqd̄ q̄c̄j. Omisqz ppl̄s audiuit et̄ plauerunt eis cūcta q̄ fecit rex in p̄spectu ois populi. et̄ coguit omne vulgus et̄ vniuersus israel in die illa: qm̄ nō actum fuisset a rege vt occideret Abner filius ner. Dixit quoqz rex ad seruos suos: Vuz i grāt qm̄ p̄nceps et̄ maximus cecidit hodie in israel: ego aut̄ adhuc delicatus et̄ vncus rex. Porro viri isti filij saruie duri sunt mibi. Retribuat dñs facienti malū iux̄ maliciā suā.

Udiuit aut̄ isboseth

III.
fili⁹ saul q̄ cecidisset abner in hebron: et̄ dissolute sunt man⁹ eius: omisqz israel p̄ turbatus est. Duo aut̄ viri p̄ncepes latronū erāt filio saul: nomē vni banaa: et̄ nomē alteri rechab filii remmō berothite de filiis beniamin. siqd̄em et̄ beroth reputata est in beniamin. et̄ fuderunt berothite in gethaim: fuerūtqz ibi aduene vsqz ad t̄ps illud. erat aut̄ ionathē filio saul fili⁹ debilis pedib⁹. Quiquēnis. n. fuit q̄i venit nūcl⁹ de saul

et̄ ionatha ex iezrael. Tollēs enim itaq̄z nutrix sua fugit. Lungz festinaret vt fugeret: cecidit et̄ claud⁹ effectus est. habuitqz vocabulum miphiboseth. Ueniētes igit̄ filij remmō berothite rechab et̄ banaa. ingressi sunt seruente die domum isboseth. Qui dormiebat sup stratū suum meridie: et̄ ostia ria domus purgās triticū obdormiuit. Ingressi sunt aut̄ domū latenter assumētes spicas tritici. et̄ pcusserunt eū in inguine rechab et̄ banaa frater eius et̄ fuderunt. Lungz aut̄ ingressi fuissent domuz. ille dormiebat sup lectū suum in clauī. et̄ pententes interfecerunt eū. Sblatoqz capite ei⁹ abierunt p̄ viā deserti tota nocte: et̄ artulerunt caput isboseth ad David in hebro. Vixerūtqz ad regē: ecce caput isboseth filij saul inimici tui q̄ q̄rebat aiaz tuā. et̄ dedit dñs dño meo regi vltionem hodie de saul et̄ de semine ei⁹. Rūdes autē David rechab et̄ banaa fratri ei⁹ filii remmō berothie. dixit ad eos: Uinit dñs q̄ eruit aiaz meā de omī angustia qm̄ eum q̄ annunciauerat mibi et̄ dixerat mortu⁹ est saul q̄ putabat se p̄spā nunciare. tenui et̄ occidi eūz in sicelech. cui oportebat me mercedezi dare p̄ nuncio. Quātomagis nunc cū hoies impij interfecerunt virūs in domo sua sup lectū suum nō querā sanguinē ei⁹ de manu vīa: et̄ auferā vos d̄ terra. Precepit itaq̄z david pueris suis et̄ interfecerunt eos. p̄cidētesqz man⁹ et̄ pedes eoz suspenderunt eos sup piscinā in hebro. caput aut̄ tem isboseth tulerunt. et̄ se pelierunt in sepulchro abner in hebron.

V.

Antate dñm canticum nouum: laus ei⁹ in ecclisia sautorum. Letetur israel i eo qui fecit eum: et filie sion exultent in rege suo. Laudent nomē ei⁹ i choro: in tympano et psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltavit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubili bus suis. Exultationes dei in gutture eorū: et gla dū anticipes in manibus eorum. Ad faciendam vindictaz in nationibus: increpationes in popu lis. Ad alligandos reges eorum in cōpedibus: et nobilesieorum in manicis ferreis. Ut faciant i eis iudicium conscriptum: gloria hec est oib⁹ sanctis eius alleluia.

LX

Antate dominū in sanctis ei⁹: laudate eū in firmamento v̄tus eius. Laudate eū in virtutibus eius: laudate eū in multi tudinē magnitudinis eius. Laudate eū in sono tu be: laudate eū in psalterio et cithara. Laudate eū i tympano et choro: laudate eū in chordis et orga no. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omis spi ritus laudet dominum. Alleluia:

Explicit Psalterium.

Prologus.

Epistola sancti Hieronimi presbiteri ad Chromatum et Heliodorum episcopos: de libris salomonis
Angat epistola quos iungit sa-
cerdotium: unno charta non
diuidat quas necit Christi amor
Commentarios in osee: amos
et zachariam: malachiam quo-
que positis. Scripsisse si li-
euisset pre valitudine. Mitti-
tis solatia sumtuu: notarios
nostros et liberarios sustentatis: ut vobis potissi-
mum nostru desinet ingenium. Et ecce ex latere
freques turba diversa poscentiu: quasi aut equu-
sit me vobis esurientib: et aliis laborare: aut in
ratione dati et accepti: cuique preter vos obnoxio-
sum. Itaque longa egrotatione fractus: ne penitus
hoc anno reticerem et apud vos mutus essem. tri-
dui opus nomini vestro consecraui interpretato-
rem. videlicet triu salomonis voluminu. masloth
quod hebrei parabolas: vulgata autem editio p-
uerbia vocat. coelesth que grece ecclesiasten. latine
contionatorē possum dicere. syrasirim. quod in ling-
ua nostra vertitur canticū cantorum. Fertur et
pauaretos iesu fili syrach liber. et aliis pseudo
graphus: qui sapia salomonis inscribitur. Quo-
rum priorem hebraycū repperi. non ecclesiasticū
ut apud latinos: sed parabolas prenotatū. Qui
iuncti erant ecclesiastes et canticum cantorum.
ut similitudinem salomonis nosolu numero libroz
sed etiam materiarum genere coequaret. Secun-
dus apud hebreos nusqz ē: quod in stilus grecā
eloquentiam redolet. et non nulli scriptorū veterū
hunc esse indei philonis affirmat. Sicut iudith
et thobie et machabeorū libros. legit quidē eos
ecclesia. sed inter canonicas scripturas nō recipit
sic et hcc duo volumina legat ad edificationē ple-
bis: non ad autoritatem ecclesiasticorum dogma-
tum confirmandam. Si cui sane septuaginta iter
pietum magis editio placet: habet eam a nobis
olim emendatam. Neque enim noua sic crudimus
ut vetera destruam. Et tamen cū diligentissime
legerit. sciat magis nostra scripta intelligi: quod nō
in tertium vas trāffusa coacnerint sed statim de
prelo purissime cōmendata teste. suum saporem
seruauerint.

Explicit epistola sancti Hieronimi.
Incipit prologus in libros eosdem.

Rib: nominib: vocatū fuisse Sa-
lomonem scripture manifestissime
docent. P̄acificum. i. salomonez et
yldida hoc est dilectum domini: et
quod nūc dicitur coelesth. i. ecclesiastē
Ecclesiastes autē greco sermō ē
appellatus. quia cetum. i. ecclesiam congreget.
quem nos nūcupare possum: contionatorem. eo
quod loquatur ad populuz. et sermo eius non specia-

liter ad vñū: sed ad vñuersos dirigatur genera-
liter. Porro pacificus et dilectus domini. ab eo
quod regno eius pax fuerit. et eū dñs dixerit: appellat
latus est. Mā et ps. xliv. et. lxx. dilecti et pacifici
titulo p̄notantur. Qui tamē et si ad prophetā Christi
ecclesieqz pertinentes felicitatem et vires salomo-
nis excedunt: tñ fm historiā: sup salomonē scrip-
ti sunt. Itaqz iuxta numerū vocabuloz: tria vo-
lumina edidit. puerbia. ecclesiasten. canticū can-
ticorum. In puerbiis pūulz docens: et quasi de
officiis per sententias erudiens. Unde et ad filiū
sermo crebro repetitur. In ecclesiastē vero ma-
ture viram etatis instituens. ne quicqz in mudi
rebus putet esse ppetuū: sed caduca et brevia vni-
uersa que cernim⁹. Ad extremū iam consummatū
virum et calcatum seculo preparatum: in canticis
cantorum sponse iungit ap̄plexib⁹. Nisi prius re-
linquerimus virtus et pompis seculi renūtiantes:
expeditos nos ad aduentum preparauerimus
nō possimus cātare canticū caticoz. Sed et hoc
diligentius attendendum. tres libros autore di-
uerso esse intitulatos. In proverbiis enim nota-
tur puerbia salomonis filii dauid regis isrl. In
ecclesiasten vero verba ecclesiastes filii dauid re-
gis hierusalem. Superflue quippe est isrl hic qd
male in grecis et latinis codicibus inuenitur. In
cantico autem caticoz nec fili⁹ dauid nec rex isrl
sive hierusalem prescribit: sed tantum canticum
cantorum salomonis. Sicut enim proverbia et
rudis institutio ad. xi. tribus. et ad totū pertinet
isrl. et quō p̄temptus mundi nō nisi metropolitis
conuenit. hoc ē habitatoribus hierusalē. Ita cā-
tica cantorum ad eos proprie pertinet qui tan-
tum superna desiderant. Ad incipiētes et p̄ficien-
tes. et paterna dignitas. et regni p̄prium merito ven-
dicatur autoritas. Ad pfectos vero vbi nō timo-
re eruditur. sed amore p̄prium nomen sufficit. et
qualis magister est. et nescit se esse regem. Que
omnia referuntur ad christum.

Incipit alius prologus.

Res libros salomonis. i. puerbia
ecclesiasten. et canticum cantorum.
veteri septuaginta interprez au-
toritati reddidi vel apositis line-
is: superflua queqz designans vel
stellis titulo prenotatis: ea que mi-
nus habebantur interserens. vi plenus paula et
eustochium cognoscatis. quid in libris nr̄is min-
sit: quid ve redundet. Nec non etiam illa que iper-
ti translatores male in linguam nostram de gre-
co fmone verterant obliterans et antiquans cu-
riosissima veritate corexi. Et ybi prepostero or-
dine atqz peruerso sententiarum fuit lumen ere-
ptum: suis locis restituens feci intelligi. quod late-
bat. Porro in eo libro que a plerisqz sapia salomo-
nis inscribit. et in ecclesiastico que ē iesu filii syrach

Proverbia.

nullus ignorat: calamitatem perauit: tantummodo canonicas scripturas vobis emendare desiderans et studium meum certis magis quam dubius promenda re. Ideo greco et hebreo pietatis uincula utraque in libro premissa est. quod nonnulla de greco hoc ad illuminationem sensus et legentis edificationem. vel inserta hebrei yce translata i. vel extrusae iuncta sunt. Et iacopo qui legis semper peregrina memeto.

Incipit liber pueriorum. Capitulum .1.



Arabole.

salomonis filii dauid regis israel ad sciam sapiam et disciplinam ad intelligendam verba prudentie: et suscipienda eruditio ne doctriae iustitiam et iudicium et egitatem Ut despuntis astuta, et adolescet sciencia et intellectus. Audiens sapiens sapientior erit et intelligens gubernacula possidebit. Si aduenit parabolam et interpretationem verba sapientum et enigmata eorum. Tumor domini principis sapientie: Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui. et ne dimittas legem misericordie tuae: ut addas gratia capiti tuo. et torques collo tuo. Fili mi si lactauerint te peccatores: ne acquiescas eis. Si dixerint: veni nobiscum: nisi diemur sanguini. abscondam tendiculas contra insolitem frustra: deglutiamus cum sicut infernum viventem et integrum quasi descendenter in lacum omnem preciosam substantiam repemus. impelbinus domos nostras spoliis: forem mitte nobiscum. marsubium sit unum omnium nostrorum: fili mi ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt. et festinant ut effundant sanguinem. frustra autem iacitur rethe ante oculos pernitorum. Ipsi quoque protra sanguine suu insidiatur: et moluntur fraudes contra animas suas. Sic semite omnis auari. animas possidentium rapiunt. Sapientia foris predicit: in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat. i foribus portarum urbis profert verba sua dicens. Usque quo puuli diligunt sanitatem: et stulti ea que sibi sunt noxia cupient. et imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionem meam. En proferam vobis spiritum meum. et ostendam vobis verba mea. Quia vocauit et renuistis: extendi manum meam et non fuit qui aspiceret. Desperatus omne consilium meum: increpationes meas neglexisti. Ego quoque in interitu vestro ridebo. et subfannabo cum vobis id quod timebatis adueniens

rit. Cum irruerit repentina calamitas. et interit quasi intempestas ingruerit. quando venierit super vos tribulatio et angusta. Tunc invocabunt me et non exaudiam: mane consurgent. et non inuenient me. eo quod et nos habuerint disciplinas et timorem domini non suscepimus: nec acquireverunt consilio meo. et derixerunt inuenire corripitioni mee. Comedent igitur fructus uei sue: suis et consilis saturabuntur. Aversio parvulorum iter sicut eos. et prosperitas stultorum perdet eos. Qui aures me audierit. absque terrore requiescerit. et abdita perfuerit. timore malorum sublatu .II.

Illi suscepimus sermones meos et magna data mea abscondemus penes te. ut audias sapientiam auris tuae. inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si enim sapientiam invocaueris. et inclinaueris cor tuum prudentie: si quesieris eam quasi pecuniam. et sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem domini et scientiam dei inuenies: quia dominus dat sapientiam si ex ore eius prudentia et scientia. Luto diet rectorum salutem. et proteget gradientes simpliciter seruans semitas iustitiae: et vias sanctorum custodiens. Tunc intelliges iustitiam et iudicium et equitatem et omnem semitam bonam. Si intrauerit sapientia cor tuum et sapientia anime tue placuerit: consilium custodiet te. et prudentia seruabit te ut erueris a via mala et ab homine qui pueris loquitur. Qui relinquent iter rectum. et ambulant per vias tenebroosas. Qui letantur cum male fecerit. et exultant in rebus pessimis. Quorum vie peruersae sunt: et infames gressus eorum. Et cruassis a muliere aliena. et ab extranea que mollit sermoes suos. et relinquit ducem pubertatis sue et pacti dei sui oblita est. Inclinata est enim ad mortem dominum eius. et ad inferos semite ipsi. Omnes qui intenduntur ad eam non revertentur. nec apprehendent semitas vite. Et ambules in via bona. et calles iustitiae custodias. Qui enim recti sunt habitabunt in terra. et simplices permanebunt in ea. Impinguero de terra perdentes. et qui inique agunt auteretur ex ea. .III.

Illi mi ne obliuiscaris legis mee. et precepit mea cor tuum custodiat. Longitudinem enim dierum et annos vite et pacem apponit tibi. Misericordia et veritas te non deserat. Tunc uida eas gutturi tuo. et describe i tabulis cor dis tui. et inuenies gratiam et disciplinam bonam coram deo et hominibus. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo. et ne imitaris prudentie tue: in tuis. Ne sis sapiens apud temetipsum. Tunc dilecio tuo. et irrigatio osium tuorum. Honora domini nomen de tua substantia. et de pretiis omnium frumentarum da pauperibus. et amplebuntur horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabunt. Disciplinam domini fili mi ne abicias nec desi-

Pronerbia.

eias cum ab eo coriperis. Quem diligit enim dominus corripit. et quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiam. et quod affluit prudentia. Melior est acquisitione eius negotiatio ne auri et argenti. pium et purissimi fructus eius. Preciosior est cunctis opibus sapientia. et omnia que desiderantur. huic non ualent comparari. Longitudo dierum in dextera eius et in sinistra illius diuitie et gloria. Uie eius vie pulcre omnes semite eius pacifice. Lignum vite est his qui apprehenderint eam. et qui teuerint ea beatam. Dominus sapi entiam fundauit terram: stabiluit celum prudenter. Sapientia illius eruperunt abyssi. et nubes rore concrescunt. Fili mi ne effluat hec ab oculis tuis. Custodi leges meam atque psilum meum. et erit vita anime tue. et gratia fauibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua. et pes tua non impinget. Si dormieris non timebis qesces et sua uis erit somnus tuis. Ne paueas repentina terrore. et irnentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo. et custodiet pedem tuum ne capiaris. Moli phibere benefacere eum qui potest. si vales et ipse benefac. Ne dicas amico tuo vade et reuertere et cras dabo tibi. cum statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malum. cu[m] ille in te habet fidutiam. Non contendas aduersus hominem frustra cum ipse tibi nihil mali fecerit.

Ne emuleris hominem iustorum. nec imiteris vias eius: quia abhominatio est domini omnis iustus. et cum simplicibus sermocinatio eius. Egistas a domino in domo impi: habitacula autem iustorum benedicent. Ipse illudet iustos. et manus suos dabit gratiam. Gloriam sapientes posside bunt. stultorum exultatio ignomonia. : IIII.

Edite filii disciplinam patris. et attendite ut sciatis prudentiam. Bonum bonum tribuum vobis: legem meam ne dereliquatis. Nam et ego filius sui patris mei. tenellus et unigenitus coram matre mea. et docebat me atque dicebat. Suscipiat verba mea cor tuum. custodi precepta mea et viues. Posside sapientiam. posside prudentiam. Ne obliuiscaris neque declines a verbis oris mei. Ne dimittes eam et custodiet te diligere eam et conseruabit te. Principium sapientie posside sapientiam. et in omni possessione tua acquire prudentiam. Arripe illam et exaltabit te. glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Habit capitum tuo augmenta gratiarum. et corda iusta pteget te. Audi fili mi et suscipe verba mea ut multiplicentur tibi anni vite. Uiam sapientie monstrabo tibi. et ducam te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris non artabuntur gressus tui et currens non habebis offendiculum. Te ne disciplinam ne dimittas eam. Custodi illam. quia illa est vita tua. Ne delecteris in semitis impiorum. nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea ne traheras per illam. declina et deserere eam. Non enim dormiunt nisi cum male fecerint. et non capitur

sommus ab eis nisi supplatauerit. Comedunt nam impietas. et vinum iniquitatis bibunt. Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam diem. Uia impiorum tenebrosa. nesciunt ubi corruant. Fili mi auscultat sermones meos et ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis custodi ea in medio cordis tui. Ultra enim sunt inuenientibus ea et vniuersitate carni saetas. Omnia custodia serua cor tuum. quia ex ipso vita procedit. Remoue a te os prauum. et detrahentia labia sunt procul a te. Oculi tui recta videantur. et palpebre tue procedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis. et omnes vie tue stabilentur. Ne declines ad dexteram neque ad sinistram. Auerte pedem tuum a malo. Uias enim que a dextris sunt: nouit dominus: peruerso vero sunt que sunt a sinistris. Ipse enim rectos faciet gressus tuos. itinera autem tua in pace pducet.

.V.

Ili mi attende sapientiam meam. et prudenter mee inclina aurem tuam ut custodias cogitationes et disciplinam labia tua conserventur. Ne intenderis fallacie mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis. et nitidus oleo guttur eius. Mouissima antem illius amara. quasi absinthium. et lingua eius acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem et ad inferos gressus eius penetrant. Per se mitam vite non ambulant: vagi sunt gressus eius et inuestigabiles. Nunc ergo fili mi audi me. et ne recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea vias tuas. et ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuum: annos tuos crudeli. Ne forte impleantur extranei viribus tuis. et labores tui sunt in domo aliena. et gemas in nouissimis quando consumperis carnes tuas et corpus tuum. et dicas: Cur detestatus sum disciplinam. et increpatibus non acquieuit cor meum? Nec audiui vocem docentium me et magistrorum non inclinavi aurem meam. Hoc fui in omni malo: in medio ecclesie et synagoge. Bibe aquas de cisterne tua. et fluente puteri tui. Beruentur fontes tui foras. et in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus. nec sunt alieni participes tui. Sit vena tua benedicta. et letare cum muliere adolescentie tue. Cerua charissima. et gratissimus hunculus. Ulera eius inebruent te omni tempore. et in amore eius delectare iugiter. Quare seducoris fili mi. ab aliena. et soueris in simu alterius. Respicit dominus viam hominis. et omnes gressus eius considerat. Iniquitates sue capiunt ipsum et funibus peccatorum suorum constringitur. Ipse morietur quia non habuit disciplinam. et in multitudine stulticie sue decipietur.

.VI.

Ili mi si spospoderis pro amico tuo: de fixisti apud extraneum mannum tuam. Ilaqueatus es verbis oris tui. et captus propriis sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi

Prouerbia.

et temetipm libera: qd̄ incidisti in manū proximi tui. Discurre festina: suscita amicū tuū. Ne dede ris somnum oculis tuis: nec dormitent palpebre tue. Eruere quasi damula de manu. et quasi aus de insidius auncipis. Et ade ad formicam o piger. et considera vias eius: et disce sapiaz. Que cū non habeat ducē nec p̄ceptore nec principē: parat in estate cibū sibi. et congregat in messe quod comedat. Usq; piger dormies? Quādo cōsurges e somno tuo? Id aululū dormies: paululū dormi tabis: paululū cōseres manus tuas ut dormias. et veniet tibi quasi viator: egestas. et pauperies q̄si vir armatus. Si vero impiger fueris: veniet vt fons messis tua. et egestas longe fugiat a te. Hō apostata vir inutlis gradit ore peruerso: annuit oculis. terit pede. digito loquit̄. prauo corde ma chinal malum. et omni tempore iurgia seminat. Huic extēplo venier perditio sua et subito cōtere tur: nec habebit vltra medicinā. Sex sunt q̄ odit dominus. et septimū detestatur aia eius. Oculos sublimes. lingua mendacē. manus effudentes in noxiū sanguinē. cor machinans cogitatōes pes simas. pedes veloces ad currēndū in malū: p̄fē rentē mendatia. teste fallace. et eum qui seminat inter fratres discordias. Lōscrūa fili mi p̄cepta patris tui. et ne dimittas lēgē matris tue. liga eāz in corde tuo iugiter. et circūda gutturi tuo. Cum ambilaueris gradiātur tecum: cū dormieris cus todiant te. et engilas loquere cū eis? Quia man datū lucerna est: et via vite increpatō discipline vt custodiāt te a muliere mala. et a blanda lingua extrance. Non cōcupiscat pulcritudinem eius cor tuū: ne capiaris nutribus illius. Preciū enī scoti vix est vnius panis: mulier autē viri p̄ ciosam aiāz capit. Nunq; potest homo absōdere ignem in sinu suo ut vestimenta illius nō arde ant: aut ambulare super prunas ut nō plante cōburāt̄ eius. Sic q̄ ingredit̄ ad mulierē primi sui nō erit mūdus cū tetigerit ea. Non grādis ē cul pa cū q̄s surat̄ fuerit. Surat̄ enī ut esuriēte in ple at aiāz. Bev̄b̄esus quoq; reddet septuplo tōēz substātiā dom⁹ sue tradet et liberabit se. Qui aut̄ adulter est ppter cordis inopiaz pder aiāz suam Turpitudinē et ignominia cōgreget sibi. et opprobriū illi⁹ nō delebit. Quia zelus et furor viri non parcer in die vidiē: nec acq̄escet cuiusq; p̄cibus nec suscipiet p̄ redēptōe dona plurima. VII.

Illi mi custodi sermōes meos et precepta mea recōde tibi. Fili honorā dūm et vale bis: h̄er euz vero ne timueris alienum. Serua mādata mea et viues. et lēgē meā q̄si pupilli oculi tui. Liga eā in digitis tuis scribe illā i tabulis cordis tui. Dic sapie. soror mea es. et prudētiā voca amicaz tuā. Ut custodiāt te a muliere extranea et ab aliena. q̄ verba sua dulcia facit. Be senistra. enī domus mee per cancellas prospexit inuenē. et video p̄arnulos. Considero vecordem inuenē q̄ transit p plateas iuxta angulū. et prope

viam domus illius gradit̄ in obscuro aduerspe rascēte die i noctis tenebris et caligine. Et occurrit illi mulier in ornatu meretricio. preparata ad decipiendas animas. Barrula et vaga quietis i patiens. nec valēs in domo cōsistere pedib⁹ suis. Nunc sois. nūc in plateis. nūc iuxta angulos insidiās. Apprehēsumq; deosculatur iuuenez et p̄aci vultu blandif dicens. Vicitas p salutē d uouī. hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursū tuū desiderās te videre et repere. Intervi sumbus lectulum meū: strati tapeti b⁹ pactis ex egypto: aspersi cubile meū myrrha et aloë et cynamomo. Veni inebriemur vberib⁹ et fruamur cupitis amplexibus donec illuscebat dies. Non est enī vir ui domo sua. abiit via longissima. Saculum pecunie secū tulit. in die plene lune reuerlusus ē in domū suā. Irrenuit eū multis sermonibus: et blāditiā labiorū protraxit illū. Strati eā seq̄ q̄si bos ductus ad victimaz: et q̄si agnus lasciuēs et ignorās: et nescit q̄ ad vīcula stultus trahat donec trāffigat sagitta iecur eius. velut si aui festinat ad laqūm. et nescit q̄ de periculo aie agit. Nūc ergo fili mi audi me: et attē de verbis ois mei. Ne abstrahā in viis illi⁹ mēs tua: neq; decipiaris semiris eius. Multos enim vulneratos deiecit. et fortissimi quicq; iterfecit sūt ab ea. Via inferi. domus eius penetrātes inter ora mortis.

VIII. Engd non sapia clamitat: et prudentia n̄ dat vocē suaz. In summis excelsisq; verticibus. supra viā ui medius semitis stans iuxta portas cūntatis. in ipsis foribus logē dices. O viri ad vos clamito. et vox mea ad filios hōi nūz. Intelligite paruuli astutiā: et insipiētes ani maduertite. Audite qm̄ de rebus magnis locūtura sum. et aperiētur labia mea vt recta p̄dicēt Veritatē meditabutur guttū meū: et labia mea detestabunt ipuz. Iusti sunt oēs sermōes mei: nō est in eis prauaz qd̄ neq; pueruz. Recti sunt intelligētibus: et equi inueniētibus sciām. Accipire disciplinā meā et nō pecuniā: doctrinaz magis q̄z aurum eligite. Abiōz est enī sapia cūcīs opibus p̄ciosissimis. et oē desiderabile ei nō p̄t cōparari. Ego sapia habito i cōsilio: et eruditus i tersum cogitationibus. Timor dñi odit maluz. arrogatiā et supbiā. et viā prauaz et os bilingue de testor. Abiūm est cōsiliuz et eq̄tas. Ab ea est prudētia: mea est fortitudo. Per me reges regnant. et legūz cōdītores iusta decernunt. Per me p̄incipes iperāt. et potētes decernunt iusticiaz. Ego diligētes me diligo. et qui manē vigilanterint ad me inuenient me. Ill̄ ecuz sunt diuitie et gloria. opes superne et iustitia. Abiōz ē fructus meus auro et lapide p̄cioso: et genuina mea argento electo. In viis iusticie ambulabo: in medio semitarum iudicii: vt dīte diligentes me et thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio viarum suarum: anteq; quicq; faceret a p̄inci-

Pronerbia.

pio. ab eterno ordinata sum et ex antiquis annis terra fieret. Nodum erat abyssi: ego iam concepta eram. Nec fontes aquarum eruperant. nec dum montes graui mole constituerat. Ante oes colles ego perturiebar. adhuc terram non fecratur. et flumina et cardines orbis terre. Qui preperabat celos aderat qui certa lege et gyro vallabat abyssos. Qui ethera firmabat sursum. et librabat fates aqru. Qui circundabat matrem terminum suum. et legem ponebat aquis ne transiret fines suos. Quia do appedebat fundameta terre. cum eo erat cuncta cōponens. Et delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore: et ludens in orbe terrarum delitiae mee esse eum filium hominum. Hunc ergo filii audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam et estote sapientes: et nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me: et qui vigilat ad fores meas quotidie. et obseruat ad portas ostium mei. Qui me innuerit. inueniet vitam et hauriet salutem a domino. Qui autem in me peccaverit: ledet animam suam. Omnes qui me oderunt diligunt mortem. .IX.

Sapientia edificauit sibi dominum excidit celum septem. Immolauit victimas suas misericordia vinum propositum mensam suam. Qui fit acillas suas ut vocarent ad arces. et ad menia ciuitatis. Si quis est paupulus veniat ad me. Et in sapientibus locuta est. Venite comedite panem meum. et bibite vimum quod misericordia vobis. Reliquitate infantiam et venite et ambulate per vias prudenter. Qui erudit dentorem. ipse iniuriam sibi facit et qui arguit impium sibi maculam generat. Noli arguere derisorum ne oderit te. Argue sapientem. et diliget te. Ha sapienti occasionem. et addetur ei sapientia. Doce iustum. et festinabit accipere.

Principium sapientie timor domini. et scientia sanctorum prudentia. Per me multiplicabuntur pres tui. et addetur tibi anni vite: Si sapiens fueris tibi meti ipsi eris. si autem illusor: solus portabis malum. Mulier stulta et clamosa. plenaque illeceberis nihil omnino sciens: sedet in foribus dominus sue super sellam in excelso urbis loco: ut vocaret transeuntes per viam et pergentes in iterum suo. Quis est paupulus declinet ad me. Et vecordi locuta est. Aque furtive dulciores sunt: et pauperrimus absconditus sua uerba. Et ignorauit quod ibi sunt gigantes: et in profundis inferni coniue eius. Qui enim applicabitur illi descendet ad inferos. nam qui abscesserit ab ea. saluabitur. .X.

Illi sapiens letificat patrem. filius vero stultus mestitia est matris sue. Nil periret thelauri impietatis: iustitia vero liberabit a morte. Non affliget dominus fame aliam iusticiam. et insidias impiorum subuertet. Egestatem operata est manus remissa. manus autem fortius diuicias parat. Qui nititur mendacis hic pascit ventos. idem autem ipse sequitur aues volantes. Qui congregat in messe filius sapiens est: quod autem

stertit estate filius confusiois. Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitatem. Memor iusti cum laudibus. et nomen impiorum putrescit. Sapiens corde precepta suscipiet. stultus ceditur labiis. Qui ambulat simpliciter. ambulat confiderenter. qui autem depravat vias suas manifestus erit. Qui annuit oculo dabit dolorem. et stultus labiis liberabitur. Ucna vite os iusti. et os impiorum operit iniquitatem. Odium suscitat rixas: et vniuersa delicta operit charitas. In labiis sapientis inuenitur sapientia. et virga in dorso eius qui indiger corde. Sapientes abscondunt scientiam. os autem stulti confusioi proximum est. Substantia diuitis urbis fortitudinis eius. paup: pauperum egestas eorum. Opus iusti ad vitam fructus autem impiorum ad peccatum. Via vite custodienti disciplinam. qui autem increpatios relinquit errat. Abscondunt odium labia medacia qui profert contumeliam insipiens est. In multi loquio non deerrit peccatum. qui autem moderatur labia sua prudentissimè. Argentum electum lingua iusti: cor autem impiorum pro nibilo. Labia iusti erudiunt plurimos. qui autem indocti sunt in cordis egestate morientur. Benedictio domini diuites facit. nec sociabitur ei afflictio. Quasi per risum stultus operatur scelus. sapientia autem est viro prudentia. Quod timerit impius veniet super eum desiderium suum iustis dabitur. Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundatorem sempernun. Sicut acetum dentibus et fumus oculis. sic piger his qui miserunt eum. Timor domini apponet dies. et anni impiorum breuiabuntur. Expectatio iustorum leticia: spes autem impiorum peribit. Fortitudo autem simplicis via domini: et paup: his qui opantur malum. Justus in eternum non comouebitur: impii autem non habitabunt super terram. Os iusti partur sapientiam: lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant placita et os impiorum puersa. .XI.

Latera dolosa abominatio est apud devum. et pondus equum voluntas eius. Ubi fuerit superbia erit et contumelia. ubi autem est humilitas ibi et sapientia. Simplicitas iustorum dirigit eos. et supplatatio puerorum vastanit illos. Non perderunt diuicie in die ultionis. et iustitia autem liberabit eum a morte. Iustitia simplicis dirigit viam eius. et in iustitate sua corruec ipi. Iustitia rectorum liberabit eos. et in insidiis suis capietur iniqui. Mortuo homine impio nulla erit ultra spes. et expectatio sollicitorum peribit. Justus de angustia liberatus est. et tradetur impius per eo. Simulator ore decipit amicum suum. iusti autem liberabitur scientia. In bonis iustorum exaltabitur cunitas. et in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iustorum exaltabitur cunitas et ore impiorum subuertetur. Qui despicit amicum suum indigens corde est. vir autem prudens tacebit. Qui ambulat fraudulenter reuelat

Proverbia.

arcana: qui autem fidelis est celat amici cōmissū. Ubi non est gubernator populus corruet: salus autēz vbi multa cōsilia. Affligetur malo qui fidē facit pro extraneo: qui autēz cauet laqueos: securus erit. **M**ulier gratiola inuenit gloriam: et robusti habebūt diuitias. Benefacit anime sue vir misericors: qui autem crudelis est: etiam propinquos abicit. Impius facit opus istabile: seminanti autem iustitiam. merces fidelis. Clementia p̄parat vitam: et sectatio malorum ī mortem. Abominabile domino cor prauum et voluntas eius in his q̄ simpliciter ambulant. **M**anus in manu nō erit innocens malius: sēmen autem iustorum saluabitur. Circulus aureus ī naribus suis: muliere pulera et fatua. Desiderium iustorum omne bonum est: prestolatio impiorum furor. Alii dividunt propria: et ditiores sunt: alii rapiunt non sua. et semper in egestate sunt. Anima q̄ benedicit impinguabitur: et qui inebriat ipse quoq; febrabatur. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis: bēne dictio autem super caput vendentum. Bene cōsurgit diluculo qui querit bona: qui autem inuestigato malorum est opprimitur ab eis. Qui confidit in diuitiis suis corruet: iusti autem quasi virens solium germinabunt. Qui cōturbat domū suam possidebit ventus: et qui stultus est seruet sapienti. Fructus iusti lignum vite: et qui suscipit animas sapiēs est. Si iustus ī terra recepit: quā tomagis impius et peccator.

Capitulum. XII.

Qui diligat disciplinam diligat scientiam: qui autem odit increpationes insipies ē. Qui bonus est haurit sibi gratiam a domino: qui autem confidit in cogitationibus suis impie agit. Non roborabitur homo ex impietate: et radix iustorum non commonebitur. **M**ulier diligens corona est viro suo: et putredo in ossibus eius qne confusione res dignas gerit. Cogitationes iustorum iudicia: et consilia impiorum fraudulenta. Herba impiorum insideantur sanguinis: os iustorum liberabit eos. Verte ipios et nō erūt. domus autem iustorum permanebit. Doctrina sua noscitur vir: qui autem vanus et excors ē patet contemptui. **M**elior est pauper et sufficiens sibi: q̄z gloriōsus et indigens pane. Nō uit iustos iumentorum suorum animas: viscerā autēz impiorum crudelia. Qui operatur terram suam. satiabitur panibus: qui autem sectatur oculum stultissimus est. Qui suavis est vivit in moderationib;: in suis monitionibus relinquit contumeliam. Desiderium impii monumentum est pessimum radix autem iustorum proficit: Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autēz iustus de angustia. De fructu ois sue vñusquisq; replebitur bonis: et iuxta opera manuum suarū retribuetur ei. **E**tia stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est audet consilia. Satius statim ī dicat iram suam: qui autem dissimilat iniuriam

callidus est. Qui quod nonit iudicis institutio ē: qui autem mentitur testis est fraudulentus. et qui p̄mittit et quasi gladio purgat conscientie ligia autem sapientium sanctas. Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autēz testis est repetitus. concinnat ligiam mendaci. Solus in corde cogitantum mala: qui autem pacis inuenit cōsilia sequitur eos gaudium. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: impiu autem replebitur malo. Abominatio est domino labia menda cia: qui autem fideliter agunt placent ei. Homo versatus celat scientiam: et cor insipientium provocat stultitiam. **M**anus fortium dominabitur que autem remissa est tributis seruet. **M**eror in corde viri humiliabit illum: et sermone bono letificabitur. Qui negligit damnum propter amicū iustus est: iter autem impiorum decipiet eos. Nō inueniet fraudulentus lucrum: et substantia hominis erit auri precium. In semita iusticie vita: iter autem deum dicit ad mortem.

Capitulum.

XIII.

Ille sapiens doctrina patris: qui autē illusor est non audit cū arguitur. De fructu ois sui homo satiabilis bonis: anima autem impiorum iniqua. Qui custodit os suum custodit animam suam: qui autem inconsiderat est ad loquendum sentit mala. Vult et non vult piger. anima autēz operantū impinguatur. Verbum mendacis iustus detestabitur. impius autem confundit et confundetur. Justitia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorēz supplētar. Et quasi diues cum nihil habeat: et est quasi pauper eūz in multis diuitiis sit. Redemptio nomine viri diuite sue: qui autem pauper est increpationem non substinet. Lux iustorum letificat: lucerna autem impiorum extinguetur. Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio. reguntur sapientia. Substantia festina minuetur: qui autem paulatim colligitur manu. multiplicabitur. Spes que differt affigit animam: lignum vite desiderium veniens. Qui detrahit alicui rei: ipse se in futurum obligat: qui autem timet preceptum in pace versabitur. Animes dolose errant in peccatis: iusti autem misericordes sunt et miserabuntur. Lex sapiētis sōnō vite: vt declinet a ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam: in itenere contemptorum vorago. Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fastidius est aperit stultitiam. Nuncius impii cadet in malum: Ligatus fidelis sanctitas. Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem ac quiescit arguēti glorificabitur. Desiderium si cōpletatur delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala. Qui cum sapientibus gradit sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. Peccatores prosequitur malum: et iustis retribuenter bona. Bonus relinquit heredes filios et nepotes: et custodit iusto substantia peccatoris

Proverbia.

Muli cibi in nonalibus patrum: et aliis cogre
gantur absq; iuditio. Qui parcit virge odit filiu
sum: qui autem diligit illum instanter erudit.
Justus comedit et replet animam suam venter
autem impiorum insaturabilis. .XIII.

Apies mulier edificat domum suam: ipsies
extrectam quoq; manibus destruet. Am
bulans recto itinere et timens deum. des
picitur ab eo qui ifami graditur via. In ore stul
ti virga superbie. labia sapientum custodiunt eos
Ebi non sunt boues: picepe vacuu est. ybi aut
apparet plurime segetes. ibi manifesta est fortis
tudo bouis. Testis fidelis non mentietur. pfert
autem mendaciam dolosus testis. Querit deri
sor sapientiam et non inuenit. doctrina prudenti
um facilis. Hade contra virum stultum. et nescit
labia prudentie. Sapientia callidi est intelligere
viam suam: et prudentia stultorum errans. Stul
tus illudet peccatum: et inter iustos morabitur
gratia. Cor quod nouit amaritudinem anime sue
in gaudio eius non miscetur extraneo. Domus
impiorum delebitur tabernacula iustorum germe
nabunt. Est via que videtur homini iusta. nouis
fima autem eius deducunt ad mortem. Rsis do
lore miscetur: et extrema gaudii luctus occupat
eius suis replebitur stultus: et super eum vir bo
nus. Innocens credit omni verbo: astutus consi
derat gressus suos. Filio dolo nihil erit boni:
seruo autem sapienti prosperi erunt actus: et diri
getur via eius. Sapiens timet et declinat a malo
stultus transilit et confidit. Impatiens operabi
tur stulticiam: et vir versitus odiosus est. Posside
bunt parvuli stulticiam: et expectabunt astuti sci
entiam. Jacobunt mali ante bonos: et impi ante
portas iustorum. Etias proximo suo pauper odio
sus est. amici vero diuitum multi. Qui despicit
proximum suum peccat. qui autem miseres pau
peri beatus erit. Qui credit in domino misericor
diam diligit. errant qui operantur malum. Abi
sericordia et veritas preparant bona. In ope
re bono erit abundantia. vbi autem verba sunt
plurima ibi frequenter egestas. Corona sapien
tum diuitie eorum. satuitas stultorum impuden
tia. Liberat animas testis fidelis. et pfert menda
nia versipellis. In timore domini fiducia fortu
dinis: et filius eius erit spes. Timor domini sons
vite: ut declinet a ruina mortis. In multitudine
populi dignitas regis. et in paucitate plebis igno
rancia principis. Qui patiens est multa gubernat
ur sapientia. qui autem ipatiens est. exaltat stu
lticiam suam. Vita carnium sanitas cordis: putre
do ossium inuidia. Qui calumniatur egentem.
exprobat factorem eius. honorat autem eum qui mi
seretur pauperis. In malicia sua repelletur ipi
speret autem iustus in morte sua. In corde pri
udentis requiescit sapientia. et idoclos quoq; eru
dit Justitia eleuat gentem. miseris autem facit
peccatum. Acceptus est regi minister intelligens

iracundiam eius inutilis sustinebit. .XV.

Espousio mollis frangit iram. sermo du
rus suscitat furorem. Lingua sapientum
ornat scientiam. os fatuorum ebullit stulti
ciam. In omni loco oculi domini: contemplant
bonos et malos. Lingua placabilis lignum vite:
que autem immoderata est conteret spiritum. Stul
tus irridet disciplinam patris sui: qui autem custo
dit increpationes astutior fiet. In abundati iusti
tia virtus maxima est. cogitationes antez impio
rum eradicatorum. Domus iusti plurima forti
tudo: et in fructibus impii conturbatio. Labia sa
plentum disseminabunt scientiam: cor stultorum
dissimile erit. Vicitime impiorum abominabili
les domino: vota iustorum placabilia. Abominatio
e domino yra ipius: q se q stultorum diligat ab eo. Do
ctrina mala deserentium via vite. q increpatioes
odit morietur. Infernus et perditione coram domi
no. quantomagis corda filiorum hominum. Non
amat pestilens eum q se corripit nec ad sapientes
graditur. Cor gaudes exhilarat faciem: in mero
re aumi deuictur spiritus. Cor sapientis querit
doctrinaz. et os stultorum pascitur imperitia. Om
nes dies pauperis mali. secura mens quasi iuge
conuum. Melius est parum cum timore domini
qz thesauri magni et insatiabiles. Melius e vo
cari ad olera cum charitate. qz ad vitulum sagi
natum cum odio. Vir iracundus provocat rixas
qui patiens est mitigat suscitatas. Iter agroviz
quasi sepes spinarum. via iustorum absq; offedi
culo. Filius sapiens letificat patrem. et stultus ho
despiciat matrem suam. Stulticia gaudiu stulto.
et vir prudens dirigit gressus suos. Missipan co
gitationes vbi non est consilium: vbi vero sunt
plures consiliarii. confirmantur. Letatur homo in
sententia oris sui: et sermo opportunus est optimus.
Semita vite semper eruditum: ut declinet de infer
no nouissimo. Domus superborum demoliet do
minus. et firmos facit terminos vidue. Abomina
tio domini cogitationes male: et purus fimo pncerrimus
firmabitur ab eo. Conturbat domum suam qui
sectatur avaritiam. qui antez odit munera viuet
Per misericordiam et fidem purgantur peccata
per timorem antez domini declinat omnis a ma
lo. Hens iusti meditabitur obedientiam: os im
piorum redundat malis. Longe est dominus ab
impiis: et orationes iustorum exaudiet. Lex oculo
rum letificat animaz: fama bona inpinguat ossa
Auris que audit increpationes vite in medio sa
pientum cōmorabitur. Qui abicit disciplinam.
despiciat animam suam: qui autem acquiescit iuste
pationib; possessor est cordis. Timor domini di
sciplina sapientie. et gloriam precedit humilitas.

Capitulum .XVI.

b Omnis est animaz preparare: et domini
gubernare linguaz. Omnes vie hominū
patent oculis eius. spirituum ponderator est do
minus. Reuelata domino opera tua: et dirigentur

Proverbia.

cogitationes tue. Universa propter semetipsum operatus est dñs. Impiuū quoqz ad diem malū Abominatio domini ē omnis arrogans. etiam si manus ad manum fuerit. nō est innocens. Initū vie bone facere iustitiam. accepta est apud deum magis qz immolare hostias. Alio et veritate redimitur iniquitas tui timore dñi declinat a malo. Tū placuerint dño. vie hominis inimicos quoqz eius cōuertet ad pacem. Eli' ē parū cū iustitia. qz multi fructus cū iniquitate. Lor homis disponit viam suā. sed dñi est dirigere gressus ei'. Humilio i labiis regis. in iuditio nō errabit os eius. Pondus et statra iudicia dñi sunt. et opera eius omnes lapides seculi. Abominabiles regi q agunt impie: qm̄ iusticie firmatur solum. Voluntas regum labia iusta: qui recta loquuntur dirige. Indignatio regis nūcu mortis. et vir sapiēt placabit eū. In hilaritate vult' regis vita et clemētia ei'. quasi umber serotinus. Posside sapientiā quia auro melior est. et acquire prudentiam quia p̄cio sio; est argento. Semita iustorum declinat mala custos anime sue seruat vitam suam. Contritio nem precedit supbia: et ante ruinam exaltabis spiritus. Eli' ē humiliari cū mitibns qz diuide re spolia cū superbis. Eruditus in verbis repitet bona: et qui sperat in dño beatus est. Qui sapiēs est corde. appellabis prudens et qui dulcis eloq̄ maioria repitet. Fons vite eruditio possidentis doctrina stultorum satuitas. Lor sapientis erudit os eius. et labiis eius addet gratiam. Fau' mellis cōposita verba. dulcedo anime sanitatis ossium. Est via que videtur hōi recta. et nouissima eius ducunt ad mortem. Alia laborantis laborat sibi. qz cōpulit eum os suum. Vir insipiens fudit malum: et in labiis eius ignis ardescit. Hō peruersus suscitat lites: et vobis sepat principes. Vir iniquus lactat amicum suū. et dicit eum p̄ viā non bonaz. Qui attonitus oculis cogitat prava: mordens labia sua pficiet malū. Corona dignitatis senect'. que in viis iusticie repietur. Eli' est paties viro forti. et qui dominat alio suo expugnatore vrbi um. Sortes metuntur in finum. sed a domino tē perantur.

Capitulum .XVII.

Eli' est buccella sicca cum gaudio qz dominus plena victimis cum iurgio. Seru' sapiens dominabitur stulti filii. et iter fratres hereditatem diuidet. Sicut igne probat argentum. et aurum camino: ita corda probat dominus. Alius obedit lingue inique: et fallax obtemperat labiis mendacibus. Qui despicit pauperem: explorat factori eius. et qui i ruina leatur alterius. non erit ipunitus. Lor oua seni filii filiorum: et gloria filiorum patres eorum. Nō decent stultum verba cōposita nec principem labium mentiens. Gemma gratissima expectatio prestolantis: quocunqz se vertit prudenter intelligit. Qui celat delictum. querit amicitias qui alte

ro sermone repetit separat federatos. Plus proficit corectio apud prudentem: qz centum plague apud stultum. Semper iurgia querit malus angelus autem crudelis mittetur contra eu. Expedit magis vrse occurrere raptis fetib': qz fatuo confidenti sibi in stultitia sua. Qui reddit mala pro bonis. non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam caput est iurgiorum et ante qz patiatur cōtumeliam indicium deserit. Et qui iustificat impium et qui condemnat iustum. abominabilis est vterqz apud deum. Quid prodest stulto habere diuitias. cum sapientiaz emere nō possit. Qui altam facit domum suam querit ruinam. et qui euitat discere incidet in malum. Omni tempore diligit qui amicus est. et frater in agnitis cōprobatur. Stultus homo plaudet manus suis: cum sposonderit pro amico suo. Qui meditatur discordias diligit rixas: et qui exaltat os suum querit ruinam. Qui peruersi cordis ē non inuenit bonum: et qui vertit linguam incidit in malum. Natus est stultus in ignominiam suā sed nec pater in fatuo letabitur. Animus gaudēs etatem floridam facit. spiritus tristis exccat ossa. Munera de sinu impius accipit. vt peruerat semitas iuditii. In facie prudentis lucet sapientia. oculi stultorum in finibus terre. Ira patris filius stultus. et dolor maris que genuit eum. Non est bonum damnum inferre iusto nec persecutere principem. qui recta indicat. Qui moderatur sermones suos doctus et prudens est. et pretiosi spiritus vir eruditus. Stultus quoqz si tacuerit: sapiens reputabitur. et si cōpresserit labia sua intelligēs.

Cap .XVIII.

Occasione querit q vult recedere ab amico omni tempore erit exprobabilis. Nō recipit stultus verba prudentiae: nisi dixeris ea que in corde eius versantur. Impius cum in profundum venerit peccatorū contemnit. sed se quitur eum ignominia et opprobrium. Aqua profunda ex ore viri. et torrens redundans fons sapientie. Accipere personam impiuū in iuditio non ē bonuz. vt declines a veritate iuditii. Labia stulti miscent se rixis. et os eius iurgia provocat. Os stulti contritio eius: et labia ipsius ruina anime eius. Verba bilinguis quasi simplicia: et ipsa perueniunt usqz ad interiora ventris. Pigrum deit tumor. anime autem effeminatorum esurient. Qui mollis et dissolutus est in opere suo: frater est sua opera dissipantis. Turris fortissima nomine domini ad ipsam currit iustus et exaltabitur. Substantia diuitis vrbs robors eius. et quasi murus validus circundans eum. Anteqz terat exaltatur cor hominis et aqz glorifice humilitas. Qui prius respondet qz audiat. stultum se esse monstrat et confusione dignuz. Spiritus viri sustentat umbecillitatem suam: spiritu vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere. Lor pui-

Prouerbia.

dentis possidebit scientiam: et auris sapientium querit doctrinam. Bonum hominis dilatat viā eius: et ante principes spacium ei facit. Justus pōr est accusator sui: venit amicus eius et investi gabit eum. Contradictiones compremisit sors: et inter potentes quoqz diuidicat. Frater qui adiu uatur a fratre quasi ciuitas firma: et iudicia quasi vectes vibū. De fructu oris viri sp̄lebis vēter ei⁹ et genimina labiorū ipsius saturabūt eū. Ab his et vita in manibus lingue: qui diligunt euz come dent fructus eius. Qui inuenit mulierem bonā: inuenit bonum et hauriet iunctitudinem a domi no. Qui expellit mulierem bonam expellit bonū qui autem tenet adulteram stultus est et inspiēs Cum obsecrationibus loquitur pauper: et dives effabatur rigide. Vir amicabilis ad societatem: magis amicus erit qz frater.

Capitulum. XIX.

Elior est pauper qui ambulat in simpli citate sua: qz dives torquens labia sua et inspiens. Ubi nō est scientia anime nō est bonum: et qui festinus est pedibus offendet. Stultitia hominis supplantar gressus eius. et cōtra deum feruet animo suo. Diuitie addunt ami cos plurimos: a paupere autem et hi quos habu it separantur. testis falsus non erit impunitus et qui mendacia loquitur non effugiet. Multe co lunt personam potentis: et amici sunt dona tri buentis. Fratres hominis panperis oderunt eū insuper et amici procul recesserunt ab eo. Qui tantum verba sectatur nihil habebit: qui autem possessio est mentis diligit animā suam. et custos prudentie inueniet bona. Falsus testis non erit impunitus: et qui loquitur mēdatis peribit. Nō decent stultum diuitie: nec seruum dominari p̄i cipibus. Doctrina viri per patientiam nosci tur et gloria eius est iniqua pretergredi. Sicut fremitus leonis. ita et regis ira: et sicut ros super herbam ita et hilaritas eius. Dolor patris filius stultus: et tecta iugiter persillantia litigiosa mu lier. Bonus et diuitie dantur a parētibus: a domino autem proprie vxori prudēs. Pigredo emit tit soporem: et anima dissoluta esuriet. Qui custodit mādatum custodit animam suam: qui autem negligit viam suam mortificabitur. Generatur domino qui miseretur pauperis: et vicissitu dinem suam reddet ei. Erudi filium tuum ne despères: ad intersectionem autem eius ne ponas animam tuam. Qui enim impatiens est sustine bit damnum: et cuī rapuerit. aliud apponet. Audi consilium et suscipe disciplinam: vt sis sapiens in nouissimiis tuis. Multe cogitationes in corde viri: voluntas autem domini in eternum perma nebit. Homo indigens misericors est: et melior est pauper iustus qz vir mendax. Timor domini ad vitam: et in plenitudine commorabitur absqz visitatione pessimi. Abscondit piger manum suam sub ascella: nec ad os suum applicat eā. Ne

stilente flagellato. stultus sapientior erit: si antez corpueris sapientem intelliget sapientiam. Qui affligit patrem et fugit matrem: ignominiosus erit et infelix. Non cesses audire fili doctrinam nec ignores sermones sc̄tie. Testis iniquus de rider iudicium: et os impiorum deuorat iniquita tem. Parata sunt derisoribus iudicia: et malei percutientes stultorum corporibus.

Capitulum.

XX.

Uxoris res vinū. et tumultuosa ebrie tas. Quicunqz his delectatur: non erit sapiens. Sicut rugitus leonis. ira et terror regis: qui provocat eum peccat in animam suam. Honor est homini qui separat se a contentionibus: omnes autem stulti miscentur cōtume liis. Propter frigus piger arare noluit: mendi cabit ergo estate et non dabitur illi. Sicut aqua profunda. sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhaustus illud. Multe homines misericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueni et? Justus qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios relinquit. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Quis potest dicere. mundum est cor meum: purus sum a peccato. Pondus et pondus mensura et mensura vtrungz abominabile est apud deum. Ex studiis suis intelligitur puer: si munda et recta sine opera eius. Aurem audientem et oculum videntem dominus fecit vtrungz. Noli diligere somnum: ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos et saturare panibus. Malum est: malum est: dicit omnis emptor: et cum recesserit tunc gloriatitur. Est aurum et multitudo gemmarum vas au tem preciosum labia scientie. Lolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni: et pro extrancis auser pignus ab eo. Suavis est homini panis mendacii: et postea implebitur os eius calculo. Logitationes consilii roborantur et gubernaculis tractanda sunt bella. Si qui revelat mysteria et ambulat fraudulenter. et dilatat labia sua: ne commiscearis. Qui maledicit patri suo et matre: extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Hereditas ad quam festinatur in principio: in nouissimo benedictione carebit. Ne dicas reddaz malum pro malo. expecta dominum et liberabit te. Abominatio est apud deum pondus et pondus statera dolosa non est bona. A domino dirigunt gressus viri: quis autem hominum intelliget potest viam suam? Ruina est homini deuotare sanctos: et post vota retractare. Dissipat impios rex sapiens: et incurvat super eos fornicem. Lycerna domini spiraculū hominis que inuestigat omnia secreta ventris. Misericordia et veritas custodiunt regem: et roboratur clementia thron⁹ eius. Exultatio iuuenum fortitudo eoz et dignitas senuz canicies. Lixor vulneris abstergit mala: et plague in secretibus ventris.

Capitulum.

XXI.

Proverbia.

Dico Regum

gentariū. sed et erarios imitatur. et gloriā presert quoniam res superuacua singit. Unus est enī cor eius et terra superuacua spes illius. et luto vilior vita eius: quoniam ignorauit qui se finxit. et q̄ inspi ranuit illi anima que operatur. et qui insufflavit ei spiritū vitalē. Sed et estimauerūt lūsū esse vitā nostrā. et cōversationē vite cōpositam ad lucrū et oportere vnde cunq̄ etiam ex malo acquirere. Hic enim scit se super omnes delinquere: qui ex terre materia fragilia vasa et sculptilia singit. Dēs enī insipietes et infelices supra modū anime sue superbi sunt inimici populi tui. et imperantes illi quoniam omnia idola nationum deos estimane runt quibus neq̄ oculorum visus est ad viden dum: neq̄ nares ad percipiendum sp̄m. neq̄ au res ad audiendum: neq̄ digitū manū ad tractā dum: sed et pedes eorum pigri ad ambulandum Homo enī fecit illos. et q̄ sp̄m mutuat⁹ est: is finxit illos. Nemo enī sibi similem poterit deus fin gere. Cum enī sit mortalis mortuum singit manib⁹ iugis. Melior ep̄i est ipse his quos colit: q̄ iūe quidē virū cū esset mortalis: illi aut̄ nunq̄. Sz̄ et aialia miserrima colūt. Insensata enī comparata his. illis sunt st̄eriora. Sz̄ nec aspectu aliquis ex his aialib⁹ bona p̄t sp̄cere. Effugerūt autem dei laudē et benedictionē eius. XVI.

Ropter hec et his similia passi sūt digne p̄tormēta et p̄ multitudinē bestiaz̄ exterminati sunt. Pro q̄b⁹ tormētis bene dispo suisti pp̄lini tuūz: q̄b⁹ dedisti cōcupiscētā delecta mēti sui nouū saporiē escā parās eis origometrā. vt illi quidē cōcupiscentes escam ppter ea q̄ illis ostensa et missa sunt. etiā a necessaria cōcupiscentia auerterētur. Hi aut̄ in breui inopes faci: noūa gustauerūt escam. Oportebat enī illis sine ex culatiōe qdē supuenire interitū exercētibus tyrānidē: his aut̄ tm̄ ondere quēadmodū inimici eoz̄ exterminabātur. Etenim cū illis supuenit seua bestiaz̄ ira: morsib⁹ puerorū colubrowz̄ extermina bāt. Sz̄ nū i ppetuū tua ira pm̄misit: sz̄ ad corruptōne in breui turbati sūt: signū habētes salutis. ad memoratiōē mādati legis tue. Qui enim puer sus ē. nō p̄ hoc qdē videbat sanabāt: sz̄ p̄ te oīum salvatōrē. In hoc aut̄ ostendisti inimicis tuis: qz̄ tu es q̄ liberas ab oī malo. Illos enī locustarū et muscarū occiderūt morsus. et nō ē inuēta sanitas aic illorū: q̄ digni erāt ab huīs modi extermīnāri. Filios aut̄ tuos nec draconū nec venenatorū vicerūt dētes. Malia enī tua adueniens sanabat illos. In memoria enī fīmonū tuoz̄ extermībā tur. et velociter sanabāt: ne in altā incidētes obliuionē nō possent tuo vī adiutorio. Etenim neq̄ herba neq̄ malagma sanauit eos sz̄ tu⁹ dīe. fīmo q̄ sanat oia. Tu es dīe q̄ vite et mortis habes p̄testatē. et deducis vīsz̄ ad portas mortis et redūcis: Hōc aut̄ occidit quidē p̄ malitiā aiaz̄ suā et cū exierit sp̄s nō reuertet̄: nec reuocabit aiaz̄ que recepta est. sz̄ tuā manū effugere ipossible est,

D'aphoray Matorz zoce cultore

Sapiencia.

Megantes em nosse te impii p fortitudinem bra
ebū tui flagellati sunt nouis aquis & grandinib⁹
& pluviis psecutionem passi. & p ignem psumma
ti. Qd em mirabile erat i aqua quē oia extinguit.
plus ignis valebat. Under est em orbis iustorū
Quodā em tpe māsuetaſ ignis ne cōbureret
que ad impios missa erant aialia: sed vt ipi vidē
tes. scirent. qm̄ dei iudicio patiuntur psecutionē
Et quodam tempore in aqua sup virtutem ignis
exardebat vndiqz. vt iniquam terre generationē
exterminaret. Pro quib⁹ angelorū esca nutrui
stī populum tuum: & patum pauem de celo p̄stī
stī illis sine labore. oē delectamentū in se habentē
& omnis savoris suavitatem. Substantiam enī
tuam & dulcedinez tuaz quā in filios habes ostē
debas & deseruiens vniuersitatisqz voluntati. Ad
quod quisqz volebat perturbabatur. Ix autē & gla
cies sustinebant vim ignis: & nō tabescerat. vt sci
rent qm̄ fructus inimicorum exterminabat ignis
ardens in grandine & pluvia choruscans. Hoc au
tem iterum vt nutrimentur iusti ignis etiam sue v
tutio oblitus est. Creatura enim tibi facta deſ
tuiens exardescit in tornētum aduersus inuictos
& levior: fit ad benefaciendum p his qui in te con
fidunt. Propter hoc & tūc oia transfigurata oiu
nutricia ḡfue deſeruebant ad voluntatez eoz
que a te deſiderati sint. vt scirent filii tui quos di
lexisti domine. quoniam nō nativitatis fructus
pascunt homines. sed sermo tuus hōs: qui in te
credididerint. pſerua. Qd em ab igne non pote
rat exterminari. statim ab exiguo radio solis ca
lefactū tabescerat: vt notum omnib⁹ ēt: quoniam
oportet puenire solem ad benedictionez tuā. & ad
orum lucis te adorare. Ingrati em spes tanquā
hybernalis glacies tabescet. & desperiet tanquā
aqua superuacua. Lāp. XVII.

Agna sunt em iudicia tua dñe. & enorra
bilia verba tua. ppter hoc indisciplinate
aie errauerūt. Hū enī pſuasum vñt inq
posse dñari nationi sancte vinculis tenebraruz &
lōge noctis cōpediti. inclusiſ ſb teſtis ſugiriu p
petue puidentie iacerūt. & dum putat ſe latere
i obſcuris peccatis. tenebroſo olitionis velamē
to dispersi ſunt: pauentes horrende. & cū amirati
one minima perturbati. Neqz enim que cōtinebat
illos spelunca ſine timore custodiebat: quoniam
ſonitus deſcēdēs perturbabat illos et persone tri
ſtes illis appentes pauorē illis pſtabat. & ignis
quidem nulla viſ poterat illis lumē pribere: nec
ſiderum limpide flāme illuminare poterat illam
noctem horrendā. Apparebat autē illis ſubitane
us ignis: timore plen⁹. & timore p̄cussi illi⁹ q̄ non
videbāt facieſ estimabat deteriora eē que videbā
l̄ & magice artis appoſiti erāt derisus & ſapientie
gloria correptio cum p̄tumelia. Illi em qui p̄mit
tebat timores & perturbatiōes expellere ſe ab aia
anguente: hi cū de riſu. pleni timore languebant
Hā etſi nihil ex mōſtris. perturbabat: transiū aia

lium & ſerpētū ſibilatioſe cōmoti. tremebūdi pe
ribant. aerē & quē nulla rōne q̄s effugere poſſet
negātes ſe videre. Frequenter enim poſcupant
pessimā: redarguēt pſcientia. Lū ſit em timida
negria data ē i ouz p̄dēnationē. Šēp em p̄ſum
ſea perturbata pſcia. Nihil enī ē tumor nū p̄ſup̄t
oniſ adiutorium: p̄ditio cogitationi auxilio ū.
Et dum ab intro minor ē expectatio: maiorēz pu
tat potentiam eius cauſe de qua tornētū preſtar
Illi autē qui in potente venere noctem. & ab inſi
mis & ab altissimis ſupuenientem. eundē ſomnū
dormiētis aliqui monſtrou exagitabat timore:
aliqui aie & eficiebāt traduſionē. Subitanē em̄z
illis & inſperat⁹ tumor ſupueneraſ. Dēinde ſi quis
quam ex illis decidifſet: custodiebat in carcere ſi
ne ferro reclusus. Si. n. rustic⁹ quis erat. aut pa
ſtor: aut agri laborum oparū poſcupat⁹ ēt: in
effugibilem ſuſtinebat neceſſitatem. Una enim
catheſa tenebrarum dēs erāt colligati. Siue ſpi
ritus ſibilans aut inter ſpissos arborū ramos a
uiū ſonus ſuavis: aut viſ aque decurrens nimū
aut ſonus validus precipitarum petrarū. aut lu
dentiū aialū cursus ſuſiſ. aut mugientū va
lida bestiarū vor. aut resonās de altissimis mon
tib⁹ echo: deficiētis faciebat illos p̄ timore. Dis
enī orbis terrarum limpido illuminabat lumine
& nō impeditis opibus cōtinebatur. Solis autē
illis ſuperpoſita erat grauis nox: imago tenebra
rum que ſuperuentura illis erat. Ipsi ergo ſibi e
rant grauidores tenebre: Lāp. XVIII.

Anctis autem tuis maria erat lux. & horū
quidem vocem inimici audiebant. ſed ſi
gurā nō videbant. Et q̄ non & ipſi eadem
paſſi erant magnificabat te & qui ante leſi erāt q̄
non ledebantur gratias agebant tibi & vt eē diſ
ferentia. te deum petebant. Propter quod ignis
ardentem columnam ducem habuerunt ignote
vie. & ſolem ſine leſura boni hospicii preſtitū.
Digni quidem illi carere luce. & pari carcerez te
nebrarum qui inclusos custodiebat filios tuos
per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſe
culo dari. Cum cogitarent iustorum occidere. in
fates & vno expoſito filio ſed liberato i traducio
nem illoū multitudinem filiorum abſtulisti & pa
riter illos p̄didiſti i aqua valida. Illa enim no
n cognita eſt a pribus noſtris: vt vere ſcientes
quibus iuramentis crediderunt: aie quiores cēnt
iuxtorū. in iuſtō autem exterminatio. Sicut enī
leſisti aduersarios noſtrōs: ſic & nos prouocans
magnificasti. Abſcōſe enī ſacrificabat iuſti pueri
bonōrū. & iuſtitie legē in p̄cordiā diſpoſuerunt ſi
milter bona & mala percepturos iuſtos p̄ ſi ouz
decātates laudes. Resonabat autē ieuueniēs ini
micoz vor. & flebilis audiebat plāc⁹ ploratorū in
ſatiū. Simili autē pena fuuſ cū dño afflictus eſt
& popularis hō regi ſimilia paſſus. Similiter ḡ ſ
nes vno noie mortis mortuos hēbat innumerabiles

Sapientia.

Mec enim ad sepeliendū viui sufficiebant: quando vno momento que erat p̄clarior natio illorū extermidata est. Be omnibus enī non credentes ppter beneficia: tunc cū primum fuit extermīnū primo genitorū spopōderūt populūz dei se esse. Cum enī quietum silentiū cōtineret omnia et nor in suo cursu medū iter haberet. omnipotens sermo tuus domine exiliis de celo a regalibus scđib⁹ bus. durus debellator in mediā extermīnū terrā profiliuit: gladius acutus insimulatū imperium tuū porrans. et stas repleuit omnia morte: et vsqz ad celū attingebat stans in terra. Tunc cōtinuo visus somniorū malorū turbauerūt illos et timores supernenerūt insperati. Et aliis alibi proiectus semiuinus pro pter quā moriebas causaz de mōstrabat mortis. Visiones enī que illos turba uerūt hec p̄monebant. ne in sc̄iū quare mala pati ebātr̄: perirēt. Tertig autē tūc et instos temptatio mortis. et cōmotio in heremo facta est multitudinis: sed nō diu p̄mansit ira tua. Properans enī homo sine querela dep̄cari pro populis p̄fērēs seruitutis sue sc̄utū orationē: et per incēsūz de p̄cationē allegās. restitit ire. te finē iposuit neces sitati: ostendēs quoniaz tuus est famulus. Uicir autēz turbas nō in v̄ture corporis nec armatura potētē: sed verbo illū qui se verabat subiecit: in ramēta parentum et testamentum cōmemorans. Cum enī iam aceruatim cecidissent super alterum trum mortui: interstitit et amputauit impētū: et diu uisit illam que ad viuos ducebat viam. In veste enī poderis quā habebat. totus erat orbis terra rum: et parētū magnalia in quattuor ordinib⁹ lapidū erāt sculpta: et magnificētia tu: in diadema te capitis illū scripta erat: his autēz cessit q̄ exterminabat et hec extimuit. Erat enim sola temptatio ire sufficiens.

.XIX.

Ab p̄piis autē vsqz in nouissimū sine misericordia ira supuenit. Presiebat enī et futura illorū: qm̄ cū ipi p̄mississent ut se educerēt. et cū magna sollicitudine p̄mississet illos p̄seqbāt illos penitētē actis. Adhuc enī iter manus habētes luctū. et deplorātes ad monumenta mortuoz. et aliā sibi assūpserūt cogitationē inscētie. et quos rogātes piecerāt: hos tāqz fugitiuos p̄sequēbāt. Sucebat enī illos ad hūc finē digna necessitas: thoz que acciderāt cōmemorationez amittrebāt: vt que deerāt tornētis. repleret puniō. et p̄p̄l's quidē tuus mirabiliter trāsferet: illi autē nouā mortē inueniret. Dis enī creatura ad suum gen⁹ ab initio refrigorabis deseruiēs tuis p̄ceptis: vt pauperi tui custodiret illesi. Nā nubes castra eoz obumbrabat. et ex aqua q̄ an̄ erat. terra arida apparuit. et in mari rubro via sine ipedi mēto. et cāpos germinās de p̄fundo nūmio p̄ quē ois natio trāsfiunt. que tegebas tua māu vidētes tua mirabilia et mōstra. Tāqz enī equi sp̄auerūt escā: et tāqz agui exultauerūt magnificātes te domine q̄ liberasti illos. Memores enī erāt adhuc

eorū q̄ in colatu illorū facta fuerāt: quēadmodūz p̄ natione animaliū eduxit terra muscas. et p̄ p̄scibus eructauit flūm̄ multitudinē ranarū. No uissime autē viderūt nouā creaturā anū: cum ab ducti cōcupiscētia postulauerūt escas epulatiōis. In allocutione enī desiderū ascēdit illis de mari ortigometra. et veratiōes pccōrib⁹ supuenerunt nō sine illis que atē facta erant argumentis p̄ vi fluminū. Juste enim patiebantur fm̄ suas neq̄tias. Etenim detestabilitōrē in hospitalitatē insituerūt. Alii quidem ignotos nō recipiebāt aduenias. alii ante bonos hospites in seruitutem rēdi gebāt. Et non solū hec: sed et aliis quidē respetus illorū erat: quoniam inuiti recipiebāt extraneos. Qui autē cū letitia receperūt hos q̄ eisdē vī erant institutis: seuissimis affixerunt doloribus. Percussi sunt autem cecitate. sicut illi i floribus iusti cuz subitaneis coopti essent tenebris. Unus quisqz transitum ostii sui querebat. In se enī elementa dum conuertuntur: sicut in organo qualitatis sonus immutatur et omnia suum sonum cū stodunt. Unde estimari ex ipso visu certo potest Agrestia enī in aquatica conuertebantur. et que cunqz erant natantia. in terra transibant. Iḡnis in aqua valebat supra suam virtutem et aqua extinguentis nature obliuisebatur. Flammē econtrario corruptibilium animalium nō vexauerūt carnes coambulantum: nec dissoluebant illam que facile dissoluebatur sicut glatiēs bonam escā. In omnibus enim magnificasti populū tuū domine. et honorasti. et nō despexisti. in omni tempore et omni loco assistēs eis.

Explicit liber sapientie. Incipit prologus libri. Iesu filii syrach qui. Ecclesiastē appellatur.

Ultorū nobis et magnorum per legem et prophetas aliosqz qui seculi sunt illos sapientia demonstrata est: in quibus oportet laudare israel doctrine et sapientie causa: quia nō solum ipsos loquentes necessē est esse peritos sed etiam extraneos posse et discentes et scribentes doctissimos fieri. Iesus meus iesus postqz se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis et prophetarum et aliorum liberorum qui nobis a parentibus nostris traditi sunt. voluit et ipse scribere aliquid horum que ad doctrinam et sapientiaz pertinent: vt desiderantes discere et illorū periti fieri: magis magisqz attendāt animo. et cōfirmēt ad legitimam vitam. Hoc itaqz venire vos cū benevolentia. et attentione studio lectionem facere. et venēam habere in illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientie. et discere in verbis p̄positiōe. Nā desident verba hebrayca qm̄ fuerit trāslata ad alterā linguā. Nō autē solū hec sed et ipsa lex et prophetē. ceteraqz aliorū librorum nō paruā habēt differētiā qm̄ inter se dicuntur:

8 manu[m] p[ro]p[ri]a

Ecclesiasticus.

¶ Nā i octano et tricesimo anno t pibus Ptolomei
euergetis regis postqz pueni i egyptū et cū mul-
tū tpis ibi fuissim. inueni ibi libros relictos non
pue neqz cōtemmende doctrie. Itaqz bonū et ne-
cessariū putau et ipse addere aliquā diligentiam
et labore interpretādi liby istū. et multa vigilia attu-
li doctrinā i spatio tpis ad illa q ad finē ducūt li-
by istū dare et illis q volūt animū itēdere et disce-
re quēadmodū oporteat iſtituere mores. qui sū
legem domini pposuerint vitam agere.

Explicit prologus. Incipit liber ecclesiastic⁹ .1.

Onis sapiētia

a dño deo est et cū illo fuit sep-
te an euū. Arenam maris et
pluuiie guttas et dies seculi q̄
dīnumeravit. Altitudinem celi
et latitudinem terre et p̄fundū
abyssi q̄ dimēsus est. Sapiē-
tiam dei p̄cedentē oia quis iwestigauit? Prior o-
num creatā est sapia. et intellect⁹ prudentie ab eo
Fons sapie v̄bū dei in excelsis. et ingressus illius
mādata eterna. Radix sapiētie cui reuelata est.
et astutias illi⁹ quis agnouit? Disciplina sapiētie
cui reuelata est et manifestata. et multiplicationes
ingressus illi⁹ q̄s intellexit? Unus est altissim⁹. cre-
ator omniū opotens. et rex potens. et metuendus
nimis sedens sup thronum illi⁹. et dñans deus.
Ips⁹ creauit illā i spū sancto. et vidit et dinumer-
vit et mensus est. Et effudit illam super omnia ope-
ra sua. et sup omnē carnem. sū datū suū et prebz
illam diligentib⁹ se. Timor dñi gloria et gloriatio
et letitia et corona exultationis. Timor dñi delecta-
bit cor. et dabit letitiā et gaudiū in lōgitudinez die-
rum. Timeti dñm bene erit i extremis. et i die de
functionis sue bñdiceſ. Dilectio dei honorabilis
sapiētie: quib⁹ aut̄ apparuerit in visu. diligunt
eam. in visione et in agnitiōe magnaliū suorū. Im-
tiū sapie timor dñi. et cū fidelib⁹ in yulua cōcrea-
tus est. et cum electis feminis gradit. et cum iustis
et fidelibus agnoscitur. Tior dñi scie religiositas.
Religiositos custodie iustificabit cor: iucundi-
tatem atqz gaudiū dabit. Timenti deū bene erit
et in diebus solationis illius benedicitur. Ple-
nitudo sapiētie timere deū. et plenitudo a fructi-
b⁹ illi⁹. Omné domū illi⁹ iplebit a generatōnib⁹
et receptacula a thesauris illi⁹. Eorū sapiētie
timor domini replens pacē et salutis fructū. et vi-
dit et dinumeravit ea. Itaqz aut̄ sunt dona dei
Scientiam et intellectum prudētie. sapientia cō-
partietur. et glorā tenentium se exaltat. Radix
sapientie est timere deum et ram̄ illi⁹ longeui. in
thesauris sapie intellect⁹ et scientie religiositas. ex-
ceratō aut̄ p̄tōr̄b⁹ sapientia. Timor dñi expellit
peccatum. Ma⁹ q̄ sine timore ē. non poterit iustifi-
cari iracūdia enī aiositaz illi⁹. subuersio illius ē.

Usqz in temp⁹ sustinebit patiens. et postea redi-
tio iucunditat⁹. Bon⁹ sensus usqz in tēp⁹ ab eo dī
verba illius: et Libia multoz enarrabūt sensu⁹ il-
li⁹. In thesauris sapie signifcatō discipline. ex-
ceratio aut̄ peccatorū cultura dei. Fili cōcupiscens
sapiam p̄ sua iustitiā. et deus p̄bebit illā tibi. Sa-
pientia enī et disciplina timor domini. et qđ bene-
placitū ē illi. fides et māstetudo et adimplebit the-
sauros illi⁹. cōtumax nō sis. et icredibilis timor
dei. et ne accesseris ad illum dupli corde. Ne fu-
eris hypocrita in cōspectu hōim. et nō scandali-
zeris in labiis tuis. Attēde in illis ne forte cadas
et adducas aie tue in honorationē. et reneler de⁹
absēfia tua: et i medio synagoge elidat te. qm̄ ac-
cessisti maligne ad dñm. et cor tuum plenum est
dolo et fallatia. Cap. 11.

Ili accedēs ad fuitutē dei sta in iustitia et
in timore et p̄para animā tuam ad répta-
tionē. Deprime cor tuū et sustine. et incli-
na aurem tuam et suscipe verba intellect⁹ et ne fe-
stines in temp⁹ obductiōis. Sustine sustentatio-
nes dei. p̄iugcre deo et sustine ut crescat in nouis
simō vita tua. Omne qđ tibi applicitū fuerit ac-
cipe. et in dolore sustine. et in humilitate tua pa-
cientiam habe. qm̄ in igne pbatur auruz et argé-
tum. homines vero receptibiles in camino humili-
tatiōis. Crede deo et recuperabit te. et dirige ui-
am tuam et spera in illum. Serua timorem illius
et in illo veterasce. Metuētes dñz sustinetē mise-
ricordiam eius. et nō deflectatis ab illo ne cada-
tis. Qui timet dñm credite illi. et nō evitabūt
merces v̄ra. Qui timet dñm sperate i illū. et i ob-
lectationem venet vobis mīa. Qui timet dñm
diligite illum. et illuminabūt corda vestra. Re-
spicite filii natiōes hōim. et scirote. q̄ nullus spe-
ranit in dño et consulsit est. Quis enim pmāsit
in mandatis eius. et derelictus est. Aut q̄ inuo-
cauit eum. et despexit illum? Qm̄ pius et miseri-
coris est de⁹. et remittit in die tribulationis pecca-
ta. et p̄tector est omnib⁹ exquerentibus se in veri-
tate. Ne dupli corde. et labiis scelestis et mani-
bus malefacentibus. et peccatorū terrā ingredi-
entū duabus viis. Ne dissolutis corde. qui nō cre-
dunt deo. et ideo non p̄tegentur ab eo. Ne his q̄
as rectas. et diuerterunt in vias prauas. Et qđ
facient cū inspicere ceperat domin⁹. Qui timet
illum cōseruabūt verbum illius. Qui timet dñz
inquirēt que bñplacita sunt ei. et qui diligunt cū
replebuntur lege ipsius. Qui timet dominum
preparabunt corda sua. et in cōspectu illi⁹ sanctifi-
cabūt animas suas. Qui timet dominum custo-
diunt mandata eius. et patientiaz habebunt usqz
ad inspectionem illius dicentes. Si penitentiaz
non egerimus incidemus in man⁹ domini. et nō
sic et mīa illius cum ipso est.

Ecclesiasticus.

Capitulum.

III.

Illi sapientie ecclesia iustorū: et natio illo
rum obedientia et dilectio. Iudicū pris
audite filii: et sic facite ut salvi sitis. Deus
enī honorauit patrē in filiis. et iudicū matris ex
quirēs firmavit in filios. Qui diligit deus exora
bit pro peccatis: et cōtinebit se ab illis. et in oratio
ne dierū exaudiens. et sicut q̄ thesaurizat. ita et q̄
honorificat matrē suam. Qui honorat patrē suū
iūcūdabitur in filius: et in die oīois sic exaudiens.
Qui honorat patrē suū vita viciet lōgioe. et qui
obedit patri refrigerabit matrē. Qui timet dñm
honorat parētes. et quasi dominis seruier his q̄
se genuerūt in opere et in sermone et omni patien
tia. Honorā patrē tuū ut superueniat tibi benedi
ctio a dño: et benedictio illi⁹ in nouissimo manet.
Benedictio patris firmat domos filiorū: maledi
ctio autē matris eradicat fundamēta. Ne glorie
ris in cōtumelia patris tui: nō enī est tibi gloria
sed p̄fusio. Gloria enī boīs ex honore patris sui
et dedec⁹ filii. pater sine honore. Fili suscipe sene
ctam patris tui. et nō cōtristes eū in vita illius: et
si defecerit sensu. veniam da: et ne spernas eū in
tua vtute. Elemosyna enī patris nō erit in obli
vione. Nā p̄ peccato matris restitue tibi bonū
et in iustitia edificabitur tibi: et in die tribulatiōis
cōmemorabis tui. et sicut in sereno glaties. solnē
tur peccata tua. q̄z male fame est qui dereliquit
patrē. et est maledict⁹ a deo qui exasperat matrē.
Fili iā misuetudie opa tua p̄fice: et super hominū
gloriā diligēs. Quātum magnus est hūilia te in
oīibus. et cor. a deo inuenies grāz: qm̄ magna potē
tia dei solius. et ab hūilibus honorat. Altiora te
ne q̄sieris. et fortiora te ne scrutar̄ fueris sed que
p̄cepit tibi deus illa cogita semp. et plurib⁹ op̄e
ribus eius ne fueris curiosus. Nō est enī tibi ne
cessariū ea q̄ abscondita sunt videre oculis tuis.
In supuacuis reb⁹ noli scrutari m̄stipl̄: et i plu
rib⁹ el⁹ opib⁹ nō eris curiosus. Multa enī super
sensū hoīū ostēsa sunt tibi. Multos enim sup
plātauit suspicio illo⁹. et in vanitate detinuit sen
sus illo⁹. Cor durū habebit male in nouissimo.
et qui amat piculū. in illo p̄bit. Cor ingrediēs du
as vias nō habebit successus: et prauū cor in illis
scādelizabif. Cor nequā grauabilis in dolorib⁹. et
peccator aduciet ad peccādū. Synagoge supbo
rū nō erit sanitas: frutex enī peccati eradicabitur
i illis et nō intelligit. Cor sapiēs intelligitur i sapia
et auris bona audiet cū oī cōcupiscētiasapiam.
Sapiēs cor et intelligibile abstinebit se a peccatis
et in opibus iustitie successus habebit. Ignez ar
detē extiguit aqua. et elemosyna resistet peccatis.
et deus p̄spector est eius qui reddit gratiā. Abe
munt in posterum. et in tēpore casus sui inueniet
firmamentum.

Capitulum. IIII.

Illi elemosynā pauperis ne defraudes.
et oculos tuos ne trāsuertas a paupere.
. Animā esuriēte ne despixeris. et nō exas

peres pauperē i inopia sua. Cor iopis ne afflēxe
ris. et nō p̄trahas datū angustati. Rogationem
cōtribulati ne abiicias: et nō auertas faciē tuā
ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos pro
pter irā et nō reliq̄s querētibus tibi retro maledi
cere. Maledicētis enī tibi in amaritudine aie ex
audietur dep̄catio illi⁹: exaudiet autē eum q̄ fecit
illū. Congregationi paupey affabilē te facito: et
p̄sbytero humilia aīaz tuaz. et magnato humilia
caput tuū. Declina pauperi sine tristitia aurez tu
am. et redde debitū tuū. et r̄nde illi p̄cifice in mā
suetudie. Libera eū qui iniuriā patitur de manu
supbi. et nō acide feras in gāia tua. In indicando
esto pupillis misericors vt pater. et p̄ viro matri
illo⁹: et eris tu velut filius altissimi obdiēs. et misē
rebit tui magis q̄z mater. Sapia filiis suis vitaz
inspirat: et suscipit inquirētes se. et preibit in via
iustitie. Et qui illaz diligēt. diligēt vitam. et qui vi
gilauerint ad illam. complectentur placore eius
Qui tenuerint illam. vitam hereditabunt. et quo
itrōbit bñdicet deus. Qui seruūt ei obsec̄ntes
erūt sc̄to et eos q̄ diligūt illā diligēt de⁹. q̄ audit il
lā indicabit gētes: et q̄ ituefillā p̄manebit p̄fidēs.
Si crediderit ei: hereditabit illam. et erunt in cō
firmatione creature illorum: quoniam in temp̄a
tione ambulat cum eo. et in primis elegit eū. Ti
morem et metum et probationem inducit super il
lum. et cruciabit illum in tribulatiōe doctrinę sue
donec temptet eum in cogitationibus suis. et cre
dat anime illius. Et firmabit illum. et iter adducēt
directum ad illum. et letificabit illum. et denuda
bit absconsa sua illi. et thesaurizabit super illum
scientiam et intellectum iustitie. Si autem oberra
uerit derelinquet eum. et tradet eum in manus in
imici sui. Fili conserva tempus. et devita a malo.
Pro anima tua ne confundaris dicere verum.
Est enim confusio adducens gloriam et gratiam. Ne accipias
faciem aduersus faciem tuam: nec aduersus ani
mam tuam mendacium. Ne reuerearis p̄ximū
tuum in casu suo: nec retineas verbum in tempo
re salutis. Non abscondas sapientiam in decoro
suo. In lingua enim sapientia diuoscitur. et sen
sus et scientia et doctrina in verbo sensati: et firma
mentum in operibus iustitie. Non contradicas
verbo veritatis vlo modo: et de mendacio meru
ditionis tue confundere. Non confundaris con
fiteri peccata tua: et ne subiicias te omni homini
pro peccato. Noli resistere contra faciem poten
tis: nec coneris contra ictum fulminis. Pro iusti
tia agonizare pro anima tua. et vsq; ad mortem
certa pro iustitia: et deus expugnabit pro te inimi
cos tuos. Noli citatus esse in lingua tua. et iniuti
lis et remissus in operibus tuis. Noli esse sicut
leo in domo tua aduertēs domesticos tuos: et op̄e
rūt p̄sumens subiectos tibi. Non sit porrecta manus
tua ad accipiendum et ad dandum collecta.

Capitulum.

V.

Ecclesiasticus.

¶ Oli attendere ad possessio[n]es iniquas: et ne dixeris: ē mibi sufficiens vita. ¶ Nihil enim p[ro]derit in the v[er]e vindicte et obductionis. Ne sc̄ris in fortitudine tua p[re]cupiscentiam cor dis tui. et ne dixeris. Quo potui aut q[uod] me subu[er]t p[ro]pter facta mea? Deus enim vindicans vin dicabit. Ne dixeris. Peccavi. et q[uod] mibi accidit triste? Altissim⁹ enī ē patiens redditor. De p[ro]p[ri]etate peccato noli ēē sine metu neq[ue]z adiucial pecca tum sup peccatū et ne dicas. Misericordia domini magna ē multitudinis peccator[um] meorum miserebit. ¶ Ida et ira ab illo cito proximant: et in peccato res respicit ira illius. ¶ Ad tardes conuerti ad do minum: et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius. et i[ps]e vindicte disperdet te. Non li anxius esse in divinis iniustis. nō enim p[ro]derunt tibi in die obductio[n]is et vindicte. Non ventiles te in oēm ventū. et nō eas in oēm viā. Sic enim ois peccator probat in dupli[ci] lingua. Esto firmus in via dñi. et in ueritate sensus tui et scientia: et p[ro]sequat[ur] te verbum pacis et iustitie. Esto māsu[n]t ad audiendum v[er]bum dei ut intelligas. et cū sapia p[ro]sternas r[ati]onem verū. Si est tibi intellectus respō de p[ro]ximo. sin aut sit manus tua sup os tuū. ne capias. in verbo idisciplinato et confundaris: Non nor et gloria i[ps]mone sensati: lingua vero ipudētis ē subuersio ipi⁹. ¶ Ad appellari susurraro. i[ps]a uita tua: et lingua tua ne capiaris et confundaris. Sup surem enim ē p[ro]fusio et penitentia. et deuota[re] pessima sup bilinguem. susurratori autē odiū et inimicitia et stumelia. Justifica pusillum et magnum similiter. Lap. .vi.

¶ Oli fieri p[ro] amico inimic⁹ proximo. Imp[er]iū em⁹ et stumelia malus hereditabit et ois peccator inuidus et bilinguis: Non te extollas in cogitatiōe aie tue velut taurus. ne forte elidatur virtus tua p[ro] stulticiā. et folia tua comedat. et fructus tuos perdat. et relinq[ue]s velut lignum aridum in heremo. Aia enim nequā disp det q[ui] se habet: et in gaudium inimicis dat illum. et deducet in sortem impioz. Verbum dulce multipliat amicos et mitigat inimicos. et lingua eu charis in bono h[ab]e abūdabit. Multa pacifici sint tibi et consiliarius sit tibi unus de mille. Si possides amicum in temptatione posside eum. et ne facile credas ei teipm⁹. Est enim amic⁹ s[ic] tem pus suū. et non permanebit in die tribulatio[n]is. Et est amic⁹ q[uod] cōuertitur ad inimicitia. et est amicus q[uod] odiū et rixam et cōuictia denudabit. Est autē amicus socius mente. et nō permanebit in die necessitatis. Amic⁹ si p[ro]miserit erit fons tibi q[uod] coeq[ui]s. et in domesticis tuis fiducialiter ager. Si humilia uerit se cōtra te. et a facie tua absconderit se. vna nimen h[ab]ebis amicitia bona. Ab inimicis tuis se pare: et ab amicis tuis attēde. Amicus fidelis. p[ro]tectione fortis. qui aut incitat illum. inuenit thesau rum. Amico si deli nulla est p[ro]patio. et non ē digna p[ro]deratio auri et argenti cōtra bonitatē fidei illi

us Amic⁹ fidelis medicamentū vite et immortalita[re]. et qui metuit dñm iuuenient illū. Qui timet de um eque h[ab]ebit amicitia bona. q[uod] s[ic] s[ic] illum erit amicus illius. Fili a iuuentute tua excipe doctri na. et vsq[ue] ad canos iuuenies sapiam. Quasi is q[ui] arat et qui seminat accede ad eas. et sustine bonos fructus illius. In ope em⁹ ipius exiguū laborab[et] et cito edes de generationib[us] illi⁹. q[uod] aspera est nō miū sapia indoctis hoib[us]. et nō permanebit in illa excors. Quasi lapidis v[er]tus pbatio erit in illis. et non demorab[et] p[ro]līcere illam. Sapia em⁹ doctrina s[ic] nomen ē eius. et non est multis manife sta. Quibus autē cognita ē permanet usq[ue] ad op[er]atum dei. Audi fili et accipe p[ro]silium intellect⁹ et ne abiicias consilium meum. Inuice pedem tuū i[ps]i pedes illius. et in torques illius collū tuum. Sub iuice humerum tuū et porta illam. et ne accidieris vinculus eius. In omni aio tuo accede ad illā. et in oī v[er]tute tua serua vias eius. Inuestiga illam et manifestabilē tibi. et cōtinens factus ne derelin quas eam. In nouissimis em⁹ iuuenies requies in ea. et cōuertetur tibi in oblationem. Et erunt tibi cōpedes ei⁹ in p[ro]tectionem fortitudinis: et bases virtutis et torques illi⁹. in stolam glorie: De cor em⁹ vite est in illa. et vicula eius allegatura salutis. Stola glorie indues eam. et coronam gratulationis impones tibi. Fili si attenderis mihi. disces eam. et si accōmadaueris animū tuū. sapiens eris. Si inclinanteris aurē tuā excipes doctrinam. et si dilexeris audire. sapiens eris. In multitudine p[ro]bsterop[rum] prudentium sta. et sapie illorū ex toto corde cōiungere. vt omnem narrationem dei possis audire. et puerbia laudis non effigiat a te. Et si videris sensatū euigila ad eū. et grad⁹ ostiorum illi⁹ exteret pes tuus. Logitatū tuū habe in p[re]ceptis dei. et i[m]mādatis illi⁹ maxime assidu⁹ esto et ipse dabit tibi cor. et p[ro]cupia sapie dabis tibi

¶ Oli facere mala. et nō te app[ro]b[are] vii.
hendet discende ab iniquo et deficiet mala abs te. Fili non semines mala in sulcis in iustitiae: et non metes ea in septuplū. Non querē ab hoie ducatum. neq[ue] a rege cathedrā honous. Non te iustifices ante deum. q[uod] agnitor cordis ipse est. et coraz rege noli velle videri sapientis. Non querere fieri iudex nisi valeas virtute irrūpere et ponas scandalū i[ps]i agilitate tua. Non pecces in multitudine cūtitatis nec teimittas in populū. neq[ue] alleges duplicitia peccata. Nec em⁹ in vno eris imunis. Noli esse pusillanimus in aio tuo. Exorare et facere elemosinā ne despicias. Ne diccas in multitudine muneq[ue] meoz respiciet deus. et offerrante me deo altissimo munera mea suscipi. et. Ad irrideas hominē in amaritudine anime. ē em⁹ q[uod] humiliat et exaltat circūspector de⁹. Noli amare mēdiatiū. adversus fratrem tuū neq[ue] amiciū similiter facias. Noli velle mentiri oē men datum. assiduitas illius non est bona. Noli ver

Ecclesiasticus.

bosus esse in multitudine presbyterorum. et non iteres verbū in oīone tua. Non oderis laboriosē opa et rusticatiōē creatā ab altissimo. Non te reputes in multitudine idisciplinatōꝝ. Nonētēto ire qm̄ non tardabit. Humilia valde spiritū tuū: qm̄ vīdicta carnis impi. ignis et vermis. Noli preuari cari in amicū pecunia differentē: neqz fratre charissimū auro speueris. Noli discedere a muliere non sensata et bona quā sortit̄ es in timore dñi: gra. enī vere cū die illius sup aurū. Non ledas fūn̄ in veritate opantē: neqz mercenariū dantē aiam sua m. Seruus sensat̄ sit tibi dilect̄ quasi anima tua: et non defraudes illū libertate. neqz inopez de relinquis illū. Decora tibi sunt attēde illis: et si sunt vtilia. pseuerēt apud te. Filii tibi sunt. erudi illos. et curua illos a pueritia eoz. Filie tibi sunt corpus illarū. et non ostēdas hilarē faciē tuam ad illas. Trade filiā et grāde opus feceris: et hoi senato da illā. Mulier si est tibi fīm aia tuam. non pūcias illā: et odibili non credas te in toto corde tuo. Honora patrē tuū. et gemitus matris tue ne obliuiscaris. Nonētēto qm̄ nisi p illos natus non fuisses: et retrive illis quo et illi tibi. In tota aia tua tume dñm et sacerdotes illi sanctifica. In oī virtute dilige eū q te fecit. et ministros eius ne de relinquis. Honora deū ex tota aia tua. et honorifica sacerdotes. et ppurga te cū brachiis. Ba illis partē sicut mādatū est tibi p̄mitiarū et purgationis: et de negligēria tua purga te cū paucis: Batū brachioꝝ tuoy. et sacrificiū sanctificatiōis offe res domino: et initia sanctorū. et pauperi porige manū tuam ut p̄ficiatur propitiatio et benedictio tua. gratia datus in cōspectu oīs viuetis: et mor tuo non p̄hibeas gratiā. Non des plozentibus in cōsolatione. et cū lugētibus ambula. Non te p̄geat visitare infirmū: ex his enī in dilectione fir maberis. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. et in eternū non peccabis. .viii.

On litiges cū hoie potente: ne forte incidas in manus illius. Non cōtendas cū viro locuplete: ne forte cōtra te cōstituat item tibi. Nultos enim perdidit aurum et argē tum et vsqz ad cor regū extendit et conuertit. Non litiges eū homine linguato. et non strues in ignē illius ligna. Non cōmunices homini indocto: ne male de p̄genie tua loquas. Ne despicias hoiez auertentem se a peccato: neqz ip̄properes ei. Nonētēto qm̄ oēs in corruptiōe sum⁹. Neqz spernes hoiez in sua senectute: etenī ex nobis senescunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens qm̄ oēs morimur. et in gaudiū volum⁹ venire. Neqz despicias narrationē presbyteroz sapiētiū. et in p̄uerbus eorū cōuersare. Ab ip̄is enī disces sapiētiā et doctrinaz intellect⁹: et seruire magnatis sine qrela. Non te p̄tereat narratio seniorū: ip̄i enim didicerunt a patrib⁹ suis. Qm̄ ab ip̄is disces in tellectū. et in tempore necessitatis dabis respōsū. Non incendas carbones peccatorū arguēs eos.

Cum hoc doꝝ glōrios⁹ et gaudios⁹

et ne incēdaris flāma ignis peccatorū illorū. Ne cōtra faciē stes cōtumeliosi: ne sēdeat quasi insidiator ou tuo. Noli fenerari homini fortiori te. q̄ si feneraueris quasi perditū habe. Non spon deas sup virtutē tuā: q̄ si spospōderis q̄si restitu ens cogita. Nonētēto indices cōtra indicē: qm̄ fm̄ qd̄ iustū est iudicat. Cum audace non eas in via: ne forte grauet mala sua in te. Ip̄se enī fm̄ volūtātē sua z vadit: et simil cū stultitia ipsius peries. Cū iracūdo non facias rixam: et cuꝝ audace non eas in desertū: qm̄ quasi nihil est ante illum sanguis: et vbi non est adiutoriū elidet te. Cū fatuus cōsiliuꝝ non habeas: non enī poterū diligere nisi q̄ eis plācet. Coram extraneo non facies cōsiliuꝝ nescis enī qd̄ fariet. Non omni homini cor tuū manifestes ne forte inferat tibi gratiā falsam et cōnitief tibi.

Lapitulum. .IX

On zeles mulierē sinus tui: ne ostendar sup te malitiam doctrine nequam. Non des muliere potestatē aie tue: ne ingredi at in virtute tua et cōfundaris. Ne respicias mulierē multiuolaz: ne forte incidas in laqueos illi⁹. Cum saltatrice ne assiduus sis nec audias illam ne forte pereas in efficacia illius. Virgine ne conspicias: ne forte scandalizeris in decore illi⁹. Ne des fornicariū animā tuam in villo: ne pdas te et hereditatē tuā. Noli circūspicere in vicis ciuitatēs nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam a muliere compra et ne circūspicias speciez alienaz. Propter speciē mulieris multi perierūt et ex hoc p̄cupiscēta quasi ignis exardescit. Vis mulier que est fornicaria quasi sterlus in via ab oībus p̄tereūtibus cōcūltabit. Specie mulieris alienē multi admirati: reprobati facti sunt: colloquum enim illius quasi ignis exardescit. Cū aliena muliere ne sēdeas oīo: nec accumbas cuꝝ ea sup cubitū. et non alterceris cū illa in vino. ne forte de clinet cor tuū in illam et sanguine tuo labaris in pditionē: Ne derelinquis amicū antiquū: non enim non erit similis illi. Vinum nouum amicus nouus: Venerascat, et cū suauitate bubes illud. Non zeles gloriā et opes peccatoris. non enī scis que futura sit illius subuersio. Non placeat tibi iniuria iniustorū: sciēs qm̄ vsqz ad iferos non placebit impius. Longe abesto ab homine potestate habente occidendi. et non suspicaberis timorem mortis. Et si accesseris ad illum noli aliquid cōmittere: ne forte auferat vitam tuam. Cōmuni onem mortis scito quoniam in medio laqueorū ingredieris. et super dolentiaz arma ambulabis Scōm virtutem tuam caue te a proximo tuo et cum sapientibus et prudentibus tracta. Uri iusti sint tibi conuine: et in timore dei s̄tibi gloria. et in sensu sit t̄bi cogitat⁹ dei. et omnis enarratio tua i p̄cept⁹ altissimi. In māu artificiū opa laudabūf et p̄ncipes ppli i sapia fm̄is sui: insē su vō senioꝝ v̄bū. terribilē ē in ciuitate sua hō lin guosus: et temerari⁹ i v̄bo suo odibilē erit.

C i

iudex sapiens iudicabit populum suum et principes et sensati stabilis erit. sed iudicem populi sic et ministri eius. et qualis est rector ciuitatis tales et inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum. et ciuitates inhabitatibus. pro prudenter sensum In manu dei potestas terre: et execrabilis ois iniqtas gentium et utilem rectorem suscitabit in tempore super illam: In manu dei potestas omnis. et super faciem scribe ponet honorem suum: Deus iniurie primi ne memineris: et nihil agas in opib[us] iniurie. Dibilis coram deo est et hominibus sapientia. et execrabilis ois iniqtas gentium. Regnum a gente in g[ra]tias transmittitur propter iniusticias et iniurias et contumelias ac diversos dolos. Avaro at nihil est celestis. Quid sapientis terra et cetera: nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim et aiem suam venalem habet. quoniam in vita sua piecit itima sua. Deus potenter brevis vita: languor pliior grauat medicus. Breve languore pedit medicus. sicut et rex hodie est et cras morietur. Cum enim morietur homo hereditabit spiritus et bestias et vermes. Initium hominis sapientie apostolatare a deo. quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius. quoniam initium ois peccati est sapientia. Que tenuerit illam adimplebit maledictis: et subvertet eum in finem. Propterea exhortavit dominus querentem malorum et destruxit eos usque in fines. Sedes duci sapientie destruxit deus et sedere fecit mites propter eis: Radices gentium sapientiarum arefecit deus. et plautauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium euerit dominus. et prodidit eas usque ad saudam eternam. Arefecit deus ex ipsis et dissipavit eos. et cessare fecit memoriam eorum a terra. Memoriam sapientiarum prodidit deus: et reliquit me moriam humilium sensum. Non est creata hominibus sapientia. neque iracundia nationi mulierum. Semper homini honorabilis: hoc quod timet deum: semper autem hoc exhortabilis quod spectat mandata domini. In medio fratrum rector: illorum in honore. et quod timet dominum erunt in oculis illius. Gloria diuitiarum honoratorum. et pauporum timor dei est. Non despicer hominem iustum pauprem. et non magnificare virum peccatores diutem. Ad agnum est iudex et potes in honore: non est maior illo quod timet eum. Seruo sensato liberi servient. et vir prudens et disciplinatus non murmurabit coemptus et inscius non honorabilis. Noli extolle te in faciendo opere tuo. et noli cunctari in tpe angustie. Melior est qui operatur et abundat in omnibus: quoniam qui gloriat et eget pane. Filius in mansuetudine seruia animam tuam: et da illi honorum sum meritum suum. Decantem in aiem suam quod iustificabit: Et quod honorificabit exhortantem aiem suam. Non gloriat propter disciplinam et timorem suum. et est homo quod honorificabit propter substantiam suam. Qui autem gloriat in paupertate: quantum magis in suba: Et qui gloriat in suba paupertate vereatur.

Lap. XI.
f et in medio magnatorum cōsiderere illum faciet

Non laudes virum in spe sua. neque spernas hominem in visu suo. Breuis in volatilibus

est apes. et utilius dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glorieris vndeque: nec in die honoris tui extollaris. Quoniam mirabilia opera altissimi soli: et gloria et absconsa et unius opera illius. Multo tyranni sedetur in throno: et inspicibilis portauit dyadema. Multo potentes oppresi sunt valide. et gloriose traditi sunt in manus alterorum. Iurisques interrogates ne vituperes quenque: et cum interrogaueris corripe iuste. Iurisques audias ne ridentes verbuz et in medio seniorum ne adicias loqui. De ea re quae non molestat. ne certeris: in iudicio peccantium ne cōsistas. Filius ne multis sint actus tui: et si diues fueris non eris unum. a delicto. Si enim secutus fueris non apprehendes: et non effugies si percurreris. Est homo laborans et festinans et dolens ipsi et tantomagis non abundabit. Est homo marcidus egens recuperatione. plus deficiens virtute: et abundans paupertate: et oculus dei respexit illum in bono. et erexit eum ab humilitate ipsius. et exaltavit caput eius et mirati sunt in illo multi et hominaverunt deum. Bona et mala. vita et mors paupertas et honestas. a deo sunt. Sapientia disciplina et scientia legis apud dominum. dilectio et uite bonorum apud ipsum. Error et tenebre peccatorum cōcreata sunt quae autem exultant in malis: cōsuecerunt in malo. Ratio dei priuater iustis. et pfectus illius successus habet in eternum. Est qui locupletat par ce agendo: et hec est pars mercedis illius in eo quod dicit inueni requiem mihi: et nunc maducabo de bonis meis solus et nescit quod tempus pterat illum et mors appropinquet et reliquat oia alii. et morietur. Sta i testamento tuo et in illo colloquere: et in opere madatorum tuorum veterasce. Ne māseris in opibus peccatorum. Cōfide autem in deo: et mane in loco tuo facile est enim in oculis dei subito honestare pauperem. Benedictio dei in mercede iusti festinat: et in honore veloci processus illius fructificat. Ne dicas quod est mihi opus: et que erunt mihi ex hoc bona: ne dicas: Sufficiens mihi sum: et quod ex hoc pessima bonorum: In die bonorum ne imemor sis malorum: et in die malorum ne imemori sis bonorum: quoniam facile est coram deo in die obitum tribuere vnicuique secundum vias suas. Multa hore oblationem facit luxurie magna: et in fine hois denudatio operum illius. Atque morte laudes hominem quenque: quoniam in filio suis agnoscitur vir. Non omnem hominem inducas in dominum multe enim sunt infideli dolosi. Sicut enim erunt precordia fetentium: et sicut perdit inducitur in caueam. et ut capra in laqueum: sic et cor superbum. et sicut p[ro]spector videns casum proximi sui. Bona enim in mala querens infideli. et in elec[t]is iponet maculam. Ab scintilla enim una augetur ignis: et ab uno doloso augeat sanguis: homo vero peccati sanguini infidiatur. Attende tibi a pestifero fabricat enim mala: ne forte inducat super te subsistantem nationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam et subvertet te in turbine. et ab alienabute a viis propriis. Lap. XII.

I benefereris scito cui feceris. et erit ḡra
in bonis tuis multa. **B**enefac iusto et in
uenies retributionem magnā: et si non
ab ipso: certe a dō. **A**dū est enī ei bene q̄ assidu
us est in malis. et elymosinas nō danti: qm̄ et al
tissimus odio habet peccatore s. et misert⁹ est pe
nitētibus. **B**a misericordi. et ne suspicias pecca
tores. et impius et peccatorib⁹ redde vindictaz cu
stodias eos in diem vidiſte. **B**a bono et nō rece
peris peccatorē. **B**enefac humili. et non dederis
impio. **P**rohibe panes illi dare: ne in ipsis potē
tior te sit. **N**am duplicita mala inuenies in omni
bus bonis q̄cunq̄ feceris illi. quoniam et altissi
mus odio habet peccatores. et impius reddet vin
dictam. **N**ō agnosce in bonis amicus. et nō ab
scēdetur in malis inimicus. **I**n bonis viri inti
ci illius. et tristitia et in malicia illi⁹ amicus agni
tus est. **N**ō credas inimico tuo in eternū. **S**icut
enī eramētū eruginat negotia illius. **E**t si humili
atus vadat curius. abiice animū tuū. et custodi
te ab illo. **N**ō statues illū penes te nec sedeat ad
dexterā tuā. ne cōuersus stet in loco tuo. ne for
te cōuersus in locū tuū ingrat cathedram tuā
et in nouissimo cognoscas verba mea. et in fmo
nibus meis stimuleris. **Q**uis miserebitur incan
tatori a serpente pcusso. et omnib⁹ q̄ appropriant
bestiis. **S**ic et qui committatur cum viro iniquo
et obvolutus est in peccatis eius. Una hora tecū
permanebit. **S**i autem declinaveris non suppor
tabit. **I**n labiis suis indulcat inimicus. et in cor
de suo insidiat ut subuertet te in foneam. **I**n
oculis suis lachrymatur inimicus et si inuenierit
tempus. nō satiabitur sanguine. et si incurserint
tibi: mala inuenies eū illic priorem: et quasi adiu
uans suffodiet plantas tuas. **C**aput tuum moue
bit et plaudet mā. et multa fūsūrās cōmuta
bit vultum tuum.

XIII.

Ui terigerit pīcē. inquinabitur ab ea et q
cōicauerit supbo induet supbiam. **P**on
dus super se tollit qui honestior se cōini
cat. Et ditioni te ne socius fueris. **Q**uid cōuni
cabit cacab⁹ ad ollaz. **O**n enī sē colliserint cōfri
getur. **D**ives iniuste aget et tremebit. paup̄ autes
lesus racebit. **S**i larg⁹ fueris. assumet te. et si nō
habueris. dereliquerit te. **S**i habes cōiunct tecuz
et euacuabit te. et ip̄e nō delectib⁹ sup te. **S**i necessa
rius illi fueris. supplābit te et subridens spem da
bit narrās tibi oia bona. et dicet: quid op⁹ est tibi
et pfūdet te in cibis suis. donec te exinaniat bis et
ter. et in nouissimo deridebit te. **P**ostea videns
derelinquet te. et caput suū mouebit ad te. **H**umi
liare deo: et expecta man⁹ eius. Attēde ne seduct⁹
in stultitia humiliaris. **N**oli eē humili in sapia
tua. ne humiliat⁹ in stultitia seducaris. **A**duocat⁹
a potētiore discede: ex hoc enī magis te aduoca
bit. **M**e improb⁹ sis ne impinguaris. et ne lōge sis
ab eo: ne eas in obliuionez. **M**e retineas ex cquo
loqui cū illo: nec credas multis verbis illius. **E**x

multa enim loquela temptabit te. et subridens in
terrogabit te de absēditis tuis. immittis animus
illius. cōseruabit verba tua. et nō parcer de mali
cia et de vinculis. **L**ane tibi et attēde diligēter a u
ditui tuo: qm̄ cū cōversatiō tua abulas. **A**udiēs
vero verba illa quasi in somnis vide. et vigilabis
Omni vita tua dilige dēū. et muoca illum in salu
te tua. **O**mne animal diligit simile sibi: sic et ois
homo proximum sibi. **O**mnis caro ad simile sibi
cōiūgetur: et omnis homo simile sibi sociabitur.
Si cōicabit lupus agno aliquā: sic peccator iusto.
Que cōicatio sancto hoī ad canem: aut que pars
bona diuiti ad pauperem. **G**enatio leonis bona
ger in heremo: sic et pascua diuiti sunt pauperes
Et sicut abominatione est supbo humilitas: sic et ex
eratito diuitis pauper. **D**ives cōmor⁹ cōfirmā
matur ab amicis suis: humili autes cū ceciderit
expelletur et a notis. diuiti decepto multi recupa
tores. **L**ocutus est superba. et iustificauerūt illū
humilis decept⁹ est: insuper et arguit. **L**ocut⁹ est
sensate. et nō est datus ei loc⁹. **D**ives locutus est
et oēs tacuerūt. et verbi illius vīz ad nubes pdu
cēt. **P**auper locut⁹ est. et dicūt: **Q**uis est hic? **E**t
si offendit: subuertet illū. **B**ona est enī substā
tia cui nō est peccatum in cōscia. et nequissima pau
pertas in ore impū. **L**or hoīs imitat faciē illius
sue in bona sue in mala. **E**stigium cordis boni et
faciē bonā difficile inuenies. et cū labore. **XIV.**

Eccl⁹ vir q̄ non est lapsus vīo ex ore suo
et nō est stimulat⁹ in tristitia delicti. **F**elix
q̄ nō habuit animi sui tristitia: et nō exci
dit a spe sua. **V**iro cupido et tenaci sine ratiōe est
substātia: et hoī lūido ad qd aux: **Q**ui aceruat
ex amico suo iniuste aliis cōgregat. et in bonis il
lūus aliis luxuriabit. **Q**ui sibi nequā est. cui aliū
bon⁹ erit: **E**t nō inuidabilis in bonis suis. **Q**ui si
bi inuidet. nihil est illi nequā. et hec redditio est
malici illius. **E**t si bñficerit: ignorāter et nō vo
lens facit. et in nouissimo manifestat maliciā suā
Nequā est oculus lundi. et auertēs faciē suam. et
despicias alia suā. **I**nfatiabilis oculus cupidi i
parte iniquitatis nō satiabitur. donec consumat
ares faciēs animā suā. **O**culus malus ad mala.
et nō satiabilis pane indigēs. et in tristitia erit sup
mēsaz suis. **F**ili si habes benefac tecū. et deo di
gnas oblaciōes offer. **A**demor esto qm̄ mors nō
tardat et vestimentū infernū: quia demōstra
tū est tibi. **T**estamētū enī huīus mūdi. morte mo
rīcē ante mortem benefac amico tuo. et fīm vires
tuas expongens da pauperi. **N**ō defrauderis
a die bono: et particula bone diei nō te pītereat.
Nonne aliis relinques dolores et labores tuos?
In divisiones sortis da et accipe. et iustifica ani
mā tuā. Ante obitū tuū opare iustitiā: qm̄ nō est
apud inferos inuenire cibū. **O**is caro sicut fēnū
veterascet: et sicut foliū fructificās in arbore: vi
ridi. **A**lia generat⁹ et alia deiūciūt: sic generatio
carnis et sanguinis. alia finitur et alia nascitur.

Ecclesiasticus.

Omne op' corruptibile i fine deficiet: t qui illud opatur ibit cum illo. Et omne opus electum iustificabili: t qui opat illud honorabil in illo. Beat' vir qui in sapientia morabil: t qui in iustitia sua meditabis: t in sensu cogitat circumspectionem dei. Qui cogitat vias illi' in corde suo: t in absco sis suis intelligens: vadens post illam qsi inuestigator: t in vnu illius consistes. Qui respicit per fenestras illius: t in ianuis illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius: t in pectib' illius figens palum. Statuet casulam suam ad manus illi': t requiescent in casula illius bona per eunz. Statuet filios suos sub tegmine illius: t s' ramis eius morabil. Protegetur sibi tegmine illi' a furore: t in gloria eius requiesceret. . XV.

V: Ecclare dñe quid acciderit nobis itue re et respice opprobrium nr̄m. Hiereditas nostra verba est ad alienos. domus nostre ad extraneos. Pupilli facti sumus abi qz patre matres nostre quasi vidue. Aquā nostra pecunia bibim⁹: ligna nostra precio companim⁹. Clericibus nostris minabamur. lassis nō daba batur requies. egypto dedimus manum: et assy ria ut saturemur pane. Pres nostri peccauerūt et non sunt: et nos iniqitas eoz portauimus. Servi dñati sunt nostri. non fuit q̄ redimeret de manu eorū. In animab⁹ nostris afferebam⁹ pa nem nob. a facie gladii in deserto. Pells n̄a q̄ si elibanus existat. a facie tēpestatum famis. Alii res in sion humilauerūt et virgines i ciuitatibus iuda. Princes manu suspensi sunt facies senū nō erubuerūt. Adolescentib⁹ impudice abusi sunt: et pueri in ligno coruerūt. Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro psallentuz. Defecit gaudium cordis nostri. versus est i luctū chorus noster. Eredit corona capitis nostri: ve nob q̄ peccauim⁹. Propterea mestum factū est in dolore cor nr̄m: iō ptenetati sunt oculi nostri. Propter mōtem sion q̄ disperserūt. vulpes ambulauerunt in eo. Tu aut dñe in eternum permanebis solum tuū in generationē et ḡationē. Quare in perpetuum obliuisceris nostri: derelinqz nos in longitudinem diez. O uerte nos dñe ad te et cōuertemur: innoua dies nostros sicut a principio. Sz pūciens repulisti nos. iratus est p̄tra nos ve bementer.

Incipit prefacio in librum Baruch prophetæ.

Iber iste qui baruch nomine prenotatur: in hebreo canone non habetur: sed tantum in vulgata editione: similiter et in epistola hieremie. propter notiam autem legentiu⁹ h̄ scripta sunt. quia multa de christo nonissimisqz temporib⁹ iudicant.

Incipit Baruch propheta. Capitulum .I.

Hec verba li

bri q̄ scripsit baruch fili⁹ nerie filii maaſie filii ſedechie filii ſedei filii helchie in bablyo nia in āno qnto ⁊ i ſeptia die mēſis: i tpe q⁹ ceperf chaldei hierusalē et ſuccederunt eam igni. ⁊ legit baruch vba libu bui⁹ ad aures iecho me filii ioachim regis iuda. et ad aures vniuersi populi venetiſ ad libru. et ad aures potentiuſ ſi liorū regū. et ad aures pſbyterop. ⁊ ad aures po puli a minimo vſq; ad maximū eorū: oiuſ habitā tiū i babylōia ad flumē ſodi. Qui aadietēſ plora bāt. ⁊ ieunabāt ⁊ orabāt i cōſpēi dñi. ⁊ colliget pecunia ſim q̄ potuit vnuſq; manus. ⁊ miserūt in hierlin ad ioachim filii helchie filii ſalō ſacer dotē. et ad reliquos ſacerdotes et ad oēz populū q̄ inuertiſ ſint cū eo in hierlin cum acciperēt vasa tépli dñi q̄ ablata fuerāt de téplō renocare in ter rā iuda. decima die mensis ſiban. vasa argētea q̄ fecit ſedechias fili⁹ iofie rex iuda poſtea q̄ cepiſ ſabucho donoſor rex babylōis iechoniā et princi pes et cūctos potentes et pplm terre ad hierlin et duxit eos vniuctos in babylonē. ⁊ dixerūt: ecce miſim⁹ ad vos pecunias de quib⁹ emite holocau ſtomata et thus et facite manoa et offerte p petō ad aram dñi dei noſtri. ⁊ orate p vita nabucho donoſor regis babylōis. et p vita balthasar filii eius ut ſint dies eorū ſicut dies celi ſup terram. ⁊ vt det dñs virtutē nobis ut illuminet oculos nřos vt vnam⁹ ſub vmbria nabucho donoſor regis ba blylois et ſub vmbria balthasar filii eius. et ſerui am⁹ eius multis dieb⁹. ⁊ inueniamus grātiā in cō ſpectu eorū. ⁊ p nobiſipis orate ad dñm deū nřm q̄ peccauim⁹ dño deo nřo. ⁊ n̄ ē auerſus furor ei⁹ a nobis vſq; in hūc diē. ⁊ legite libru iſtū quē mi ſim⁹ ad vos recitari. in téplō dñi in die ſolēni ⁊ in die opporſuno. ⁊ diceſ. Dño deo nřo iuſtitia: no bis aut ſuſio faciei nře ſicut est dies hec oī iuda et habitatib⁹ in hierlin regib⁹ nřis et pncipib⁹ no ſtris et ſacerdotib⁹ nřis et pphetis nřis et prib⁹ nřis. Peccauim⁹ an dñz deū nřm. ⁊ n̄ credidim⁹ diſfidetēſ in eu. ⁊ n̄ ſuim⁹ ſubiectibiles illi: ⁊ n̄ audiuium⁹ vocē dñi dei nři vt abularem⁹ in man datis ei⁹ q̄ dedit vobis: A die q̄ eduxit p̄ſes nřos de terra egypti vſq; in diem hāc eram⁹ incredebi les ad dñm deū nřm. ⁊ diſſipati recessim⁹ ne audi rem⁹ vocē ipi⁹. ⁊ adheserūt nobis multa mala et maledictiōes q̄ pſtituit dñs moysi ſuo ſuo: q̄ edu xit p̄ſes nřos de terra egypti dare nobis terrā flu entē lac et niel. ſicut hodierna die.: n̄ audiuiim⁹ vocē dñi dei nři ſim oīa verba pphetarum quos misit ad nos et ad iudices nřos. et abiuiim⁹ vnuſ q̄ ſq; ad ſenſuſ cordis nři maligni opari diis alie nis faciētes mala an oculos dñi dei nři.

p Ropter quod ſtatuit dñs deus II.
noster verbū ſiuſ q̄ locutus eſt ad nos

et ad iudices noſtroſ q̄ iudicauerūt in hierusalē et ad regeſ noſtroſ et ad princepeſ noſtroſ et ad omniem iſrael et iuda: ut adducret dominus ſu per nos mala magna que no n ſunt facta ſub ce lo quemadmodum facta ſunt in hierlin ſim que scripta ſunt in lege moysi ut māducaret homo car nes filie ſue. ⁊ dedit eos ſub manu regū omniū q̄ ſunt in circuītu noſtro in iproperiū et in desolati onē et in oib⁹ populis in qbus nos diſpit dñs ⁊ facti ſum⁹ ſubtus ⁊ nō ſupra. q̄ peccauim⁹ dño deo nřo. nō obaudiēdo voici ipius. Dño deo nřo iuſtitia: nobis anteſ et prib⁹ nřis cōſuſio facieſ. ſi cut eſt dies hec. Quia locut⁹ eſt dñs ſup nos oīa mala hec q̄ veneſunt ſup nos. et nō ſum⁹ depcati facie dñi dei nři: vt reuerteremur vnuſq; nřm a viis noſtriſ pefſimiſ. ⁊ vigilauit dñs in malis. ⁊ adduxit ea ſup nos. q̄ iuſtus eſt dñs in oib⁹ ophi bus ſuſ q̄ mādauit nobis. et nō audiuiim⁹ vocem ipius vt irem⁹ in pceptis dñi q̄ dedit an facie no ſtrā. ⁊ nūc dñe de iſrael q̄ eduxiſti populū tuū ſ terra egypti in manu valida et in signis et in pro digiis et in virtue tua magna et in brachio exel ſo: ⁊ feciſti tibi nomē ſicut eſt dies iſte: peccauim⁹ impie egim⁹. iniq; gelliſim⁹ dñe deus nř in oib⁹ iu ſticiuſ tuuſ. Auertat ira tua a nobiſ: q̄ derelicti ſu m⁹ pauci inter gēteſ vbi diſpofiſti noſ. Exaudi do mie p̄ſes nřas et ořoneſ nřas. ⁊ educ noſ pperte. ⁊ da nobiſ inuenire gratiā an facie eorū q̄ nos abduxeſt: vt ſciat oīa terra. q̄ tu eſt dñs deus nř et q̄ nomē tuū inuocatū eſt ſup iſrael et ſup gen⁹ ipi⁹. Reſpice dñe de domo ſancta tua i nos ⁊ in clina aurē tuā et exaudi noſ. Aperi oculos tuos et vide: q̄ nō mortui q̄ ſunt in iſtero quorū ſpūſ accept⁹ eſt a viſcerib⁹ ſuis: dabūt honore et iuſtiſationez oēz dño. ſi aīa q̄ triliſ eſt ſup magnitudinez mali. et incedit curva et infirma. ⁊ oculi deficien tes. et aīa eſuriēs dat tibi gloriā et iuſtitia dño: q̄ nō ſim iuſtitia patru nřorū nos fundim⁹ p̄ſes et petim⁹ miāz an cōſpectū tuū dñe de nř: ſi q̄ miſti ſti uram tuā et furorē tuū ſup noſ: ſicut locut⁹ eſ i manu puerorū tuorū pphetaꝝ dicēs. Sic dicit do min⁹. Incline humerū vīm et ceruicē vefram et opa facite regi babylōis. et ſe debitis in terra quaſ ſedi prib⁹ vīs. q̄ ſi nō ſeceritis nec audi eritis vocē dñi dei vīi opati regi babylone. deſectionē vefraꝝ facraꝝ de ciuitatib⁹ iuda et a ſouis hierusalem et auferam a vobis vocem itcundira tis et vocem gandii et vocem ſponsi et vocē ſpō ſe erit omnis terra ſine vefſigio ab inhabitanti bus eam et non audierunt vocem tuam ut opera renf regi babylōis: et ſtauſti verba tua q̄ locu tuſ ſe in manib⁹ puerorū tuorū pphetaꝝ ut trāſ ferent ossa regū noſtrorū et ossa patru noſtrorū de loco ſuo. et ecce ſunt pieſta in calore ſolis ⁊ in gelu noctis et mortui ſunt in dolorib⁹ pefſimiſ in fame et in gladio et in emiſſione. ⁊ poſuisti tépluz in quo inuocatū eſt nomē tuuum in ipſo ſicut hec dies pperte in iugitate dom⁹ iſrael et domns iuda ⁊

fecisti in nobis dñe de^o n̄ fui omnē bōstatē tuā
et fui omnem miserationē tuā illam magnam si
cū locutus es in manu pueri tui moysi in die q̄
precepisti ei scribere legem tuam coram filiis isra
hel dicens. Si non audieritis vocem meā multi
tudo hec magna cōuertetur in minūmā gentem:
quoniam eos dispergā. q̄ scio q̄ me nō audiet po
pulus. P̄ plus est enim dura ceruice. et conuer
tetur ad cor suum in terra captiuitatis sue et sci
ent quia ego sum dñs deus eoz. et dabo eis cor et
intelligentia et aures et audient. et laudabunt me
in terra captiuitatis sue. et memores erunt nōis
mei. et auerterent se a dorso suo duro. et a maligni
tati bus suis. quia reminiscetur viā p̄m suorum
qui peccauerūt in me. et reuocabo illos in terrā
quam iuravi p̄ibus eoz abraam ysaac et iacob.
et dñtabuntur eis. et multiplicabo eos et non mi
norabuntur: et statuam illis testamentū alterum
sempiternū ut sim illis i deū. et ipsi eſt mibi i po
pulū. et non mouebo amplius populum meum fi
lios israel: a terra quam dedi eis. III

Tnunc dñe omnipotens deus israel ani
ma in angustiis et spūs anxius clamat ad
te. Audi domine et miserere quia de^o milē
ricors es. et miserere nostri quia peccauimus an
te. Quia tu sedes in sempiternū. et nos peribim⁹
in eum: Dñe omnipotens deus israel audi nūc
oracionem mortuorum israel et filiorum ipsorum
q̄ peccaverūt an te et non audierūt vocem domini
ni dei sui. et agglutinata sūt nob̄ mala. Noli memi
nisse iniqtatis p̄m n̄orum. sed memento manus
tue et noīs tui in tpe isto. quia tu es dñs deus no
ster: et laudabimus te domine: q̄ ppter hoc de
disti timorem tuum in cordibus nostris et inno
cem⁹ nomen tuu⁹ et laudem⁹ te in captiuitate no
stra. q̄ puerimur ab iniqtate p̄m nostroy q̄ pe
ccauerūt an te. Et ecce nos in captiuitate n̄ra su
mus hodie quo nos dispersisti in iproperiū et in
maledictū et i peccatū fui oēs iniqtates p̄m no
stroy. q̄ discesserunt a te. dñe deus nōster. Audi
israel mandata vite: aurib⁹ peipe ut scias prudē
tiam. Quid est israel q̄ in terra inimicōtū es: in
ueterasti in terra aliena coquinatus es cū mor
tuis. Deputatus es cū descēdētibus in infernū
dereliquisti fontem sapientie: Nam si in via dñi
abulasses. hitasses. vtiqz in pace sup terram. Di
scē vbi sit prudentia: vbi sit virtus. vbi sit intelle
ctus. Ut scias simili vbi sit longiturnitas uite
et vicus. vbi sit lumen oculoy et par. Quis inue
nit locum eius? Et quis intravit in thesauro sei⁹
Ubi sunt principes gentium et qui dñantur sup
bestias q̄ sunt super terram: Qui in auib⁹ celi lu
dunt. qui argentum thesaurizant et auruz i qno
p̄fidunt hoīes. et nō ē finis aegritudis eorum. qui
argentum fabricant et solliciti sunt nec ē iuentio
oper illoy. Eterminati sunt et ad inferos desce
derunt. et alii loco eoz exurrexerunt. Iuuenes vi
derunt lumen et habitauerunt super terram. Vi

am aut̄ discipline ignorauerunt neqz intellecterūt
semitas eius neqz filii eoz suscepserūt eā. A facie
eoz longefacta est. Nō est auditā in terra chana
an neqz visa est in theman. Filii quoqz agar qui
exsierunt prudentiā q̄ de terra est. negotiatores
terre et theman. et fabulatorēs et exquistores pri
dentie et intelligentie: viam aut̄ sapientiā nescierunt
neqz cōmemorari sūt semitas ei⁹. Dñs israel q̄ ma
gnā ē dom⁹ dei. et ingēs locus possessiōis eius:
agnus ē et non habet finem. excelsus et imen
sus. Ibi fuerūt gigantes noīati. illi qui ab initio
fuerūt statura magna sc̄tētes bellum. Non hos
elegit domin⁹: neqz viam discipline inuenierunt.
propterea perierūt et qm̄ non habuerūt sapientiā
interierunt ppter suā insipientiā. Quis ascēdit
i celū et accepit eam et eduxit eā de nubibus: q̄
transfretauit mare et inuenit illam et attulit illaz
sup aurum electrum. Nō ē q̄ possit scire vias eius
neqz qui exqrat semitas ei⁹. Sz qui scit vnuer
sa nouit eam. et adiuuenit eam prudentia sua. q̄
p̄parauit terram in eterno tempore. et p̄plevit ea
bipedib⁹ et quadrupedib⁹. Qui emittit lumē et
vadit. et vocavit illud. et obedit illi in tremore.
Stelle aut̄ dederunt lumē in cōslo dius suis et le
tare sunt Uocate sunt. et dixerūt. Adsum⁹. Et lu
xerūt ei cū iocūditate qui fecit illas. Hic ē de^o
nōster. et nō estimabilis alijs aduersus eum. Hic
adiuuenit omnem vias discipline: et tradidit illā
iacob pueru suo. et israel dilecto suo. Post hec i
terrā visus est. et cū hominib⁹ querat̄ ē. III
Ic liber mandator̄ deī et lex que est in
eternū. Dēs q̄ tenet eam. perueniet ad
vitā. q̄ aut̄ dereliquerunt eam. in morte
Conuertere iacob et apprehende eā. ambula p̄
viā ad splendorem cius p̄tra lumen eius. Ne tra
das alteri gloriam tuam et dignitatem tuā gen
tī alienē. Beati sumus israel. q̄ que deo placent
manifesta sunt nobis. Anime quior esto populus
dei memorabilis israel. Venundati estis gentib⁹
non in perditionem. Sz ppter qd̄ in ira dei ad ira
cūndiam. puocastis dñm. traditqz estis aduer
sariis. exacerbatis enī cū qui fecit vos deum
eternū. immolantes demoniū et non deo. Oblī
nutricem vram hierūlm. Uidit enim iracūdiam
a deo uenientem. vobis et dixit. Audite confi
sion. Adduxit enim mīhi de^o luctū magnū. Uidi
captiuitatem enī p̄pli mei filiorū meorum et filia
rū quaz supdixit illis eternus. Nutriū enī illos
cū iucunditate. dimisi aut̄ illos cū fletu et luctu
Nemo gaudeat super me uiduaz et desolatam a
multis derelicta sum ppter peccata filiorū meorū
q̄ declinauerunt a lege dei: Institias aut̄ ipsi
nescierunt. nec ambulauerūt p̄ vias mandatorū
dei. neqz per semitas veritatis ei⁹ cū iustitia in
gressi sunt. Veniant confines sion. et memoren
captiuitatem filiorū et filiaz mearū. qua supdu
xit illis eternus. Adduxit enī sup illos gentē de

Baruch.

lōgiquo gētē iprobā et alterī lingue. q nō sunt re ueriti sēnē. neqz puerop miserti sūt. et abduxerūt dilectos vidue. et a filiisynicam desolauerūt. ego aut qd possuz adiuuare vos? Qui eni adduxit su per vos mala: ipē vos eripiet d̄ manib⁹ inimico rū vñorū. Ambulate filii abulatate: ego eni d̄reicta sum sola. exui me stola pacis: indui autē me facio obsecratiōis. et clamabo ad altissimū in dieb⁹ meis. Animegores estote filii. clamate ad dñm et eripi et vos de manu p̄ncipū inimicop. ego eni speravi in eternū salutē vestrā. et venit mihi gaudiū a sc̄d s̄p mia. q veniet vobis ab eterno salutari nostro emisi eni vos cū luctu et ploratu. rednct aut vos mihi dñs cū gaudio et incūditate in sempiternū. Sicut eni videāt vicine syon captiuitatē vñam a deo: sic videbūt et in cerelitate salutē vñaz in deo q supueniet vobis cuž honore magno et splēdoie eterno. Filii patiēter sustinete irā q supueniet vo bis. Persē cut⁹ est eni te inimicus tuus s̄z cito vi debis pditionē ipi⁹ et s̄p cervices ipi⁹ ascēdes. Delicati mei abulauerunt vias aspas: ducti sunt eni vt grec dirept⁹ ab inimicis. Animegores esto te fili: et pclamate ad dñm. erit eni memoria vña ab eo q duxit vos. Sicut eni fuit sensus vñ vt er raretis a deo: decies tm̄ iterū cōuertētes regres eū. Qui eni induxit vobis mala: ipē rursuz adducet vobis sempiternā incūditatē cū salute vestrā. Animegores esto hierlm̄. exortaf eniz te q te. nomi nauit. Nocētes peribūt q te vexauerunt. et q gratulati sūt in tua ruina punit̄. Lūvitates qb⁹ fuie rūt fili tui. punit̄. et q accepit filios tuos. Sicut eni gauisa est in tua ruina et letara est in casu tuo sic cōtristabif in sua desolatione. et ap̄utabif exultatio multitudinis ej⁹ et gaudimoniū ei⁹ erit in luctū. Ignis eni supueniet ei ab eterno in longitūris dieb⁹. et habitabif a demoniis in multitudine tpis. Circūspice hierlm̄ ad oriētē: et vide incūditatē a deo tibi venientem. ecce eni veniūt filii tui. quos dimisisti disp̄sos veniūt collecti ab oriente vñqz ad occidentem: in verbo sancti gaudentes i honorem dei.

V.

xue te hierlm̄ stola luct⁹ et vexatiōis me et indu te decorē et honore q a deo tibi ē sempiterna gloria: Circūdabit te de⁹ di ploide iusticie: et iponat mitrā capiti tuo honoris eterni. Deus eni ostēdet splēdoire sūu in te: q sub celo est. Moiabis tibi eni nomē tuū a deo in sempiternū: pax iusticie et honor pietatis. exurge hierusalē et sta in excelsō. et circūspice ad oriētē. et vide collectos filios tuos ab oriētē sole vñqz ad occidētē: in verbo sancti gaudētes dei memoria. exierūt eni abs te pedib⁹ ducti ab inimicis: adducet aut illos dñs ad te portatos in honore sicut filios regni. Constituit eni de⁹ humiliare oēz mōtē excelsuz et rupes phēnes et cōualles repleri in eq̄lita té terre. vt abulat isrl̄ diligēter in honore dei. Ob umbrauerūt aut silue. et oē lignū suavitatis israel mādato dei. Adducet eni de⁹ isrl̄ cū incūditate in

lumie maiestatis sive: cū mia et iustitia q est ex ipo
Incipit exēplū epistole eiusdē quā misit hieremias ad abductos captiuos in babyloniam a rege babyloniorum: vt annunciat illis fm quod preceptum est illi a deo.

VI.

Ropter petā q peccastiis an̄ ded: abduce p mini in babyloniam captiuū a nabuchodo nosor rege babylonop. Ingressi itaqz in babylonē eris ibi anis plurimis et tēponib⁹ lōgis vñqz ad gñatiōes septē: p⁹ b̄t educaz vos inde cū pace. Nūc aut videbitis in babylōia deos au reos et argēteos et lapideos et ligneos in hume ris portari osterantes metū gētib⁹. Videāt ḡ ne et vos siles efficiami factis alienis et ineuatis. et met⁹ vos capiat in ipis. Hisa itaqz turba deretro et ab an̄. adorātes dicite in cordib⁹ vñis. Te oportet adorari dñe. Angel⁹ autē me⁹ vobiscū est. Ipse autē exqrāz aias vñas. Maz ligna ipoꝝ polita a fabro. ipa etiā inaurata et in argētata falsa sunt et nō pñt loq. et sicut virginī amāti ornamēta: ita a cēpto auro fabricata sūt. Coronas certe aureas habent super capita sua dii illorum: vnde subtra hunt sacerdotes ab eis aux̄ et argētuꝝ. et erogant illud i semetiōis. Dant autē et ex ipo p̄stitutis et meretrices ornāt. et itex cū recipint illōd a meretri cib⁹ orant deos suos. Si autē nō liberant ab erugine et tinea. Optis autē illis veste purpurea extergēt faciē ipoꝝ ppter puluerē dom⁹ q est pluri m⁹ inter eos. Scept̄z autē habet hō sic ut index regiōis. q in se peccantē nō interfecit. Habet etiā in māu gladiū et secūrī sē at de bello et a latrōib⁹ nō liberat. Unū vobis notū fit. q nō sūt dii. Ad ḡ reuereni eos. Sicut eni vas hois p̄fractum in utile efficiit: tales sūt et dii illoꝝ. Constitutis illis in domo: oculi eoz pleni sūt puluere a pedib⁹ in troeuntiū. et sicut alicui q regē offendit circūsepte sunt ianue aut sicut ad se pulcrū adductuꝝ mortuūz: ita tutat sacerdotes ostia clausuris et seris ne a latronib⁹ expolient. Lucernas accēdunt illis. et qdē multas: ex qb⁹ nullā videre pñt. Sunt autē sicut trabes in domo. Corda vero eoz dicunt eli gēre serpētes q de terra sunt: duꝝ comedunt eos et vestimentū ipoꝝ. et nō sentiunt. Nigre sūnt facies eoz a fumo: q in domo fit. Supra corp⁹ eorum et supra caput eoz volat noctue et hirsūdies et aues etiā similiter et catte. Unū sciatis q nō sūt dii. Ne ḡ rimueritis eos. Auruz etiam qd̄ habēt ad speciem. nisi aliqz exterrerit eruginē. nō fulgebunt. ne qz eni duꝝ cōflarent sentiebant. et oī p̄cio empta sunt: in qb⁹ spūs nō est in ipis. Sine pedibus in humeris portat: ostētantes ignobilitatē suaz hominib⁹. Constitutis etiā q colūt ea. Hostias illoꝝ vēdunt sacerdotes ipsoꝝ et abutunt̄: similiter et mulieres eoz decerpētes neqz infirmo neqz mendicanti aliquid impiūt: de sacrificiis eorum fete

B 3

Baruch.

7 menstruate contingunt. Scientes itaque ex his qui non sunt dii. ne timeatis eos. Unus enim vocatur dii. Quia mulieres apponunt diis argenteis et aureis et ligneis. et in dominibus eorum sacerdotes sedent habentes tunicas scissas et capita et barbas rasam. quorum capita nuda sunt. Rrgunt autem clamantes contra deos suos sicut in cena mortui vestimenta eorum auferunt sacerdotes. et vestiunt uestes suas et filios suos. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo neque si quid boni poterunt tribuerere. neque regem substituere possunt neque auferre. Si militer neque dimicantes dare possunt neque malum retribuere. Si quis illis votum voverit et non rediderit neque hoc requirunt. Hoc autem a morte non liberant neque infirmum a potestate eripunt. hoc est cecum ad usum non restituunt. de necessitate hoc est non liberabunt. Vnde non miserabuntur. neque orphanis benefacient. Lapidibus de morte similes sunt dii illos lignei et lapidei et aurei et argentei. Qui autem colunt ea profundetur. Quod ergo estimandum est aut dicendum illos esse deos. Adhuc enim ipsis chaldeis non honorantibus ea: quia cum audierint mutum non posse loqui. offerunt illud ad bel postulantes ab eo loquuntur: quasi possint sentire qui non habent motum. Et ipsi cum intellexerint relinquent ea. Sensu enim non habent ipsi dii illos. Multe uestes autem circundate sumibus in vita sedent. succedentes ossa olivarum. Cum autem aliquis ex ipsis abstracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo. prime sue exprobrat quia ea non sit digna habita si eut neque sumis eius disruptus est. Dia autem que illi sunt falsa sunt. Quod ergo estimandum aut dicendum est illos esse deos. A fabris autem et ab aurificebus facta sunt. Nihil aliud erunt nisi id quod volunt esse sacerdotes aurifices etiam ipso qui ea faciunt non sunt multi tenebrosi. Nunquid ergo possunt ea quae fabricata sunt ab ipsis esse dii. Reliquerunt autem falsa et opprobrii postea futuris. Nam cum supuenerit illis pretium et mala. cogitatus sacerdotes ubi se abscondat eum illis. Quod ergo sentiri debeat quoniam dii sunt quae nec de bello se liberant neque de malis se eripiunt. Nam cum sint lignea et inaurata et inargentata sciunt postea quae falsa sunt ab universis gentibus et regibus que manifesta sunt. quae non sunt dii sed opera manuum hominum. et nullum dei cupus in ipsis est. Regem regioni non suscitant neque pluviam hominibus dabant. Inditum quoque non discernent. neque reges liberabunt ab iuria. quae nihil possunt sicut cornicula inter medium celum et terram. Etenim cum incident ignis in domum deorum ligneorum et argenteorum et aureorum. sacerdotes quidem ipsorum fugient et liberabuntur ipso vero sicut trabes in medio consumuntur. Regi autem et bello non resistunt. Quod ergo estimandum est aut recipiendum quia dii sunt. Nihil a furibus neque a latronibus se liberabunt dii lignei et lapidei et inaurati et inargentati. quae in fortiores sunt. Aurum et argentum et vestimentum quo optime sunt auferent illis. et abibunt: nec

sibi auxilium ferent. Itaque melius est esse regem ostendit tantem virtutem suam. aut vas in domum utile in quo gloriatur qui possidet illud. vel ostium in domo quod custodit que in pace sunt ejus falsi dii. Sol quidem et luna ac sidera cum sint splendida et emissa ad utilitates obandinunt. similiter et fulgor cum apparuerit perspicuum est. Id ipsum autem et spiritus in omni regione spirat. et nubes quibus cum imperatum fuerit a deo pambulare in universum orbem perficiunt quod imperatum est eis. Ignis etiam missus desuper ut consumat montes et silvas. quod preceptum est ei. Hec autem neque spes neque virtutib[us] vni eorum similia sunt. Unde neque estimandum est neque dicendum illos esse deos. quod non possunt neque iudicari neque facere hominibus. Scientes itaque quia non sunt dii neque timueritis eos. Neque enim regibus maleficent neque b[ea]titudine. Signa enim in celo gentibus non ostenduntur neque ut sol lucebunt neque illuminabunt ut luna. Bestie meliores sunt illi que perfringere sub tecto ac p[ro]fesse sibi. Nullo itaque modo nobis est maiestutum quae sunt dii. propter quod ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit ita sunt dii illos lignei et argentei et inaurati. Eodem modo et in horto spina alba. supra qua omnis avis sedet. Similiter et mortuo p[ro]prio in tenebris similes sunt dii illos lignei et inaurati et inargentati. A purpura quoque et murice que supra illos tenebantur scieritis itaque quae non sunt dii. Ipsi etiam postrem comeduntur. et erit in opprobrium in regione. melior est homo iustus qui non habet simulacra. nam erit longe ab opprobriis.

Explicit liber Baruch. Incipit prologus in Ezechiel prophetam.

Ezechiel propheta cum iacob rege iudea captiuus ductus est in babylonem ibique his quae cum eo capti ui fuerant prophetavit penitentibus quae ad hieremie vaticinias et viderent adhuc vibem hierosolymas stare quam ille eas suram esse predicerat. Tricesimo autem etatis sue anno et captivitatis quinto. exorsus est ad coaptos tuos loquuntur. et eodem tempore licet posterior hic in chaldea: hieremias in iudea prophetauerunt: Sermones nec satis desertus nec admodum rusticus est sed ex vitroque media tempatu. Sacerdos et ipse fuit sicut hieremias. principia voluminis et finem magnis habens obscuritatibus innoluta. Sed et vulgata eius editio non multum distat ab hebrayco. Unus sagittoribus quid cause exiterit: ut si eosdem in universis libris habemus interpres. in aliis eadem. in aliis diversa transtulerunt. Legite igitur et hunc iuxta translationem nostram quoniam per colla scriptus et comata manifestiore legentibus sensibus prebuit

Ezechiel.

Si autem amici mei. et hunc subsanauerit. dicite eis quod nemo eos compellat ut scribant. Sed vereor ne illud eis inueniat quod grece significatius dicitur ut vocentur fagolidoi. quod est manducantes senecias.

Explicit prologus.

Incipit ezechiel propheta. Capitulum I.

E factum est in tricesimo anno. id est in quinta mēsis cū essēm in medio capiū. iuxta fluvium chobar apti sunt celi et vidi visiones dei. In quita mēsis ipē est annus quītus transmigrationis regis ioachīz: factū est verbū dñi ad ezechielem filiū buzi sacerdotē in terra chaldeorū secus flu men chobar. et facta est sup eū ibi manū dñi. et vidē: et ecce ventū turbinis veniebat ab aqalone: et nubes magna et ignis inuoluens. et spendor incircū tu eius. et de medio ei⁹ q̄si species electri: id est dō medio ignis. et in medio eius similitudo quattuor aialū. et hic aspectus eoru⁹. Similitudo hoīs in eis. et q̄ttuor facies vni. et q̄ttuor penne vni. et pedes eoru⁹ pedes recti. et planta pedis eorū quasi planta pedis vituli. et scintille quasi aspect⁹ eris cāndentis. et manū hoīs sub pennis eoru⁹ in q̄tu or⁹ p̄tib⁹. et facies et pēnas p̄ q̄ttuor ptes habebāt iūcteq̄ erant pēne eorū alteri⁹ ad alterū. Nō fuer tebāc cū icereret: s̄ vñūq̄d̄q̄z an̄ faciē suā gradie bat. Similitudo autē vult⁹ eorū. facies hoīs et facies leonis a dextris ipoꝝ q̄ttuor. facies autē bouis a sinistris ipoꝝ q̄ttuor. et facies aquile desup ipoꝝ q̄ttuor. et facies eorū et pēne eorū extēte desup. due pēne singulorū iūgebānt. et due tegebāt corp⁹ a eorū et vñūq̄d̄q̄z eorū corā facie sua abulabat. Vbi erat ipet⁹ sp̄us. illuc gradiebānt: nec reuertebānt eoru⁹ abulare. et similitudo aialū et aspect⁹ eoru⁹ quasi carbonū ignis ardētiu⁹. et q̄si aspect⁹ lāpadaru⁹ Hec erat visio discurrēs in medio aialū. splēdor ignis de igne fulgur egrediēs. et aialia ibant et reuertebānt: in similitudinē fulguris coruscāb. Lū q̄s aspicrē aialia: apparuit rota vna sup terram iuxta aialia: h̄is q̄ttuor facies. et aspectus rotarū et op⁹ eay q̄si visio maris. et vna similitudo ip̄arum q̄ttuor et aspect⁹ earū et opa: q̄si fit rota in medio rote: Per q̄ttuor ptes earū cuntes ibant. et nō reuertebāc cū abulare. Statura quoq̄ erat rotis et altitudo et horibilis aspect⁹. et totū corp⁹ oculis plenū in circūtu ip̄ay q̄ttuor. Lūq̄ abulare aialia. abulabat piter et rote iuxta ea. et eleuarēf aialia de terra. eleuabant̄ s̄l et rote. Quocq̄ ibat spirit⁹: illuc ētē sp̄us. et rote piter eleuabant̄ sequentes euz. Sp̄us enī vite erat in rotis. Lū eūtibus ibat. et cū stātib⁹ stabant et cū eleuatis a terra. piter eleuabant̄ et rote sequētes ea: q̄ sp̄us vite erat

in rotis. et similitudo sup caput aialū firmamēti q̄si aspect⁹ crystalli q̄si horibilis. et extēti sup capita eorū desup. Sub firmamēto autē pēne eoru⁹ recte alteri⁹ ad alterū. Unumqđq̄ duab⁹ alis velabat corp⁹ s̄lū. et alterū similiter velebat. et audiebam sonū alarū q̄si sonū aq̄y multaz: q̄si sonū s̄blimis dei. Lū abulare. q̄si sonū erat multitūdinus vt sonū castroz. Lūq̄ starēt dimitteban̄ pēne eoru⁹: Maz cū fieret vox sup firmamētu qđ erat sup caput eorū stabat et submitebant alas suas. et sup firmamētu qđ erat iminēs capitū eoru⁹: q̄si aspect⁹ la pidis sapphyri: similitudo throni. et sup similitudinez throni similitudo q̄si aspectus hoīs desup. et vidi q̄si spēz electri velut aspectū ignis intrisec⁹ p̄ circūtu ei⁹. a lūbis ei⁹ et desup. et a lūbis ei⁹ vsq̄ deorū vidi q̄si spēm ignis splēdētis i circūtu velut asperatum arcus cum fuerit in nube in die pluie. Hic erat aspectus splendoris p̄ gyrum. II

Eccl visio similitudinis glorie dñi. et vidi et h̄ec cecidi in faciē meā. et audiui vocē loquēb⁹ et dixi ad me. Fili hoīs sta sup pedes tuos et loquar tecum. et ingressus est in me sp̄us postq̄ locut⁹ est mihi. et statuit me supra pedes meos. et audiui loquērem ad me et dicēt. Fili hoīs: mitto ego ad te filios israel: ad gētes apostatricesq̄ recesserūt a me. Atres eorū p̄uaricati sunt pactū meū vsq̄ ad diē hāc: et filii dura facie et indomabili corde sūt ad quos ego mitto te. et dices ad eos Hec dicit dñs de⁹: si forte vel ip̄i audiānt. si forte gescant: qui dom⁹ exasperans est. et sciēt q̄ p̄pha fuerit in medio eorū. Tu ḡ fili hoīs ne tumeas eos neq̄s fmōes eorū metuas: qm̄ increduli et subuer sores sūt tecū. et cū scorpīob⁹ habitas: Herba eo rū ne tumeas. et vult⁹ eoru⁹ ne formidesq̄ domus exasperans est. Loq̄ris ḡ v̄ba mea ad eos si forte audiāt et gescant: qm̄ irritatores sunt. Tu autē fili hoīs audi q̄cunq̄ loquo: ad te. et noli esse exasperās sicut dñs exasperatrix ē. Ap̄ os tuu⁹ et come de q̄cunq̄ ego do tibi. et vidi et ecce manus misa ad me. in q̄ erat inuolut⁹ liber: et expandit illuz coram me q̄ erat scriptus intus et foris. et scripte erat in eo lamētatiōes. et carmē. et ve. III.

E dixit ad me. Fili hoīs q̄cunq̄ inuene ris. comedē: Comede volumē istud. et vadēs loqre ad filios israel. et aperui os meū: et cibauit me volumine illo. et dixit ad me: Fili hoīs vēter tu⁹ comedet. et viscera tua cōplebunt volumine isto qđ ego do tibi. et comedi illud. et factum est in ore meo sicut mel dulce. et dixit ad me Fili hoīs vade ad domū israel. et loqueris verba mea ad eos. Nō enī ad pp̄lm pfundi fmōnis et ignote lingue tu mitteris ad domum israel: neq̄s ad populos multos pfundi fmōnis et ignote lingue: quouz nō possis audire fmōes. et si ad illos mitteris: ip̄i audiret te. Domus autē israel nolūt audire te: q̄r nolunt audire me. Dis q̄ppe dom⁹ israel attrita fronte est. et duro corde. ecce dedi faciē tuam valētiorē faciebus eorum: et frontem

H iii

Ezechiel.

tuā duriorem frontib⁹ coꝝ: ut adamantem et ut
 silicem dedi faciē tuam. Ne timicas eos neq; me
 tuas a facie coꝝ, qz dom⁹ exasperans est. et dixit
 ad me fili hois. oēs simones meos quos ego lo
 quo: ad te assūme in corde tuo et aurib⁹ tuis an
 di et vade ingredere ad transmigrationē ad fili
 os p̄pli mei: et loqueris ad eos et dices eis Ihec
 dicit dñs de⁹. si forte audierit et quiescant. et assū
 pſit me sp̄us. et audiui post me vocē cōmouōis
 magne. bñdicta gloria dñi s̄ loco suo. et vocē ala
 rū animaliū percutientium alteram ad alteram
 et vocem rotar⁹ sequētum animalia et vocē com
 motionis magne. Sp̄us quoq; leuauit me et assū
 pſit me. et abiit amarus in indignatiōe spiritus
 mei: Abanu enim dñi erat mecum confortans
 me. Et yeri ad transmigrationē ad aceruum no
 uarum frugis. ad eos qui habitat iuxta flumē cho
 bar et sedi ybi illi sedebant: et mansi ibi septē die
 bus merēs in medio eoꝝ. Cum aut̄ pertransiſſet
 septē dies. factū est verbū dñi ad me dices. Fili
 hominis: speculatorēs dedi te domui israel. et au
 dies de ore meo verbum. et annūciabis eis ex me
 Si dicente me ad ipiū: morte morieris nō annū
 ciaueris ei: neq; locut⁹ fueris ut auertatur a via
 sua ipia et uiuat: ipē ipi⁹ in iniuitate sua moriet⁹
 sanguinē aut̄ ei⁹ de manu tua requiram. Si aut̄
 tu annūciaueris ipio. et ille nō fuerit ab ipietate
 sua conuersus et a via sua impia ipē qđem i ipie
 tate sua moriet⁹: tu aut̄ aiām tuā liberasti. Sed et
 si conuersus iustus a iustitia sua fuerit. et fecerit
 iniuitatem. ponam offendiculum corā eo. Ipē
 moriet⁹. qz nō annūciasti ei: In peccato suo mo
 riet⁹ et nō erūt in memoria iustitiae ei⁹ quas se
 et sanguinē vero ei⁹ de manu tua requiram. Si
 aut̄ tu annūciaueris iusto vt nō peccet iustus et
 ille non peccaverit: uiuens vinet qz annūciasti ei
 et tu aiām tuā liberasti. Et facta est sup me man⁹
 dñi. et dixit ad me. Surgēs egredere iu campus
 et ibi loquer tecū. Et iurgens egressus sum in cā
 pum. et ecce ibi gloria dñi stabat qz gloria quaž
 vidi iuxta flumen chobar. et cecidi in faciē meā
 Et ingressus est in me sp̄us. et statuit me sup pe
 des meos et locut⁹ ē mihi. et dixit ad me. Ingredere
 et includere i medio domus tue. et tu fili ho
 minis. ecce data sunt sup te vincula et ligabūt te
 in eis. et non egredieris i medio coꝝ. et lingua
 tuam adhaerere faci palato tuo. et eris mut⁹ nec
 qz vir obiurgās qz dom⁹ exaspans ē. Lū aut̄
 locut⁹ fuero tibi ap̄iā os tuū. et dices ad eos. hec
 dicit dñs deus Qui audit audiat. et qz qſcīt quie
 scat qz dom⁹ exasperans est:

Tu fili hois sume tibi laterē et pones eā
 corā te. et describes in ea ciuitatem hieru
 salē. et ordinabis aduersus eā obsidio
 nem. et edificabis munitōes et cōportab⁹ agge
 rem et dabis contra eā castra. et pones arietes i
 gyro. et tu sume tibi sartaginē ferreā et pones eā
 i mur⁹ ferreū inter te et iter ciuitatē et obsīrmabis

faciē tuā ad eā. et erit in obsīdionē et circūdabilis
 eā. Signū est domui israel. Et tu dormies super
 latus tuū sinist⁹. et pones iniquates dom⁹ israel
 sup eo nūero diep qz dormies sup illud. et assū
 mes iniquates eoꝝ: ego aut̄ dedi tibi ānos inq
 uisitatis eoꝝ nūero dierū trecentos et nonaginta di
 es et portabis iniquitatē dom⁹ israel. et cū p̄pleue
 ris hec. dormies sup latus tuū dextrū secūdo et
 sumes iniquitatē dom⁹ iuda qz draginta dieb⁹. Si
 em p anno. diem inquam p anno dedi tibi. et ad
 obsīdionē hierusalē cōuertes faciē tuā. et brachi
 um tuū erit extētū: et p̄phetab⁹ aduersus eā: Ec
 ce circundedit te vinculis. et non te cōuertes a
 latere tuo in latus aliud donec compleas. Bi
 es obsīdionis tue. et tu sume tibi frumentū et hor
 deum et fabam et lentez et miliū et uiciam et mit
 tes ea in vas vnu. et facias tibi panes numero
 dierum qz dormies sup latu⁹ tuum. Recentis
 nonaginta diebus comedes illud. Lib⁹ aut̄ tuū
 quo vesceris erit in pondere viginti stateres in
 die. A tempore vſq; ad tempus comedes illud:
 et aquam in mensura bibes sextam ptem bin. A
 tempore vſq; ad tempus bibes illud. et quasi s̄b
 cineritium hordeaceum comedes illud et stereo
 re qz egreditur de homine opief illud in ocul⁹ eo
 rum. Ihec dicit dñs. Sic comedent filii israel pa
 nem suum pollutū inter gentes ad quas euiciam
 eas. et dixi. A. a. a. dñe de⁹. ecce aia mea non ē pol
 luta et morticiū et laceratū a bestiis nō come
 di ab infantia mea vſq; nunc et nō ē ingressa os
 meū ois caro imūda et dixit ad me. ecce dedi tibi
 simū boū p stercorū humanis: et facies panē tu
 um i eo. et dixit a me. Fili hois: ecce ego conterā
 baculum pais in hierusalē et comedēt panē su
 um in pōdere et in sollicitudine. et aquā in men
 sura et in angustia bibent. vt deficienib⁹ pane et
 aqua coruat vnuſq; ad frēm suū. et cōtabescat
 in iniuitatib⁹ suis. v.

Tu fili hominis sume tibi gladiū acutū
 radentem pilos. et assūmes eum et duces
 per caput tuum et per barbā tuā. et assū
 mes tibi per stateram ponderis et dimidē eos
 Tertiā ptem igni cōbures in medio ciuitatis
 iuxta cōpletionē dierū obsīdionis: et assūmes
 tertiam partem et concides gladio i circuitū ei⁹
 tertiam vero alia disperges in ventū et gladium
 nudabis post eos. et sumes inde pūū numerū et li
 gabis eos in summitate pallii tui. Et ex eis rur
 sum tolles et pūcias eos in medio ignis et cōbu
 res eos igni et ex eos egreditur ignis in omnes
 domum israel. Ihec dicit dominus deus. Ista ē
 hierusalē. In medio gentiū posui eā. et in cir
 cuitu et terras. Et cōtempsit iudicia mea vt pl⁹
 eēt in pūia qz gétes: et precepta mea ultra qz terre
 qz in circuitū ei⁹ sūt: Iudicia enī mea pięcerunt
 et in preceptis meis non ambulauerūt. Idecirco
 hec dicit dñs deus. Quia superastis gentes qz i
 circuitū vestro sūt. et i p̄ceptis meis nō abulastis

Ezechiel.

et iudicia mea nō fecistis. et iux*t* iudicia gētiū q*u* in circuitu vīo sūt n̄ estis opati*io*: hec diē dñs de*o*. Ecce ego ad te: et ip̄e ego faciāz in medio tui iudicia in oculis gētiū et faciā in te qd̄ nō feci. et q*u* bus similia vltra nō faciā: ppter oēs abominationes tue. Id p̄t̄s comedēt filios suos in medio tui et filii comedēt p̄t̄s suos. et faciā te in iuditia et vētilabo vniuersas reliquias tuas in oēz vētum Idcirco viuo ego dicit dñs deus nisi p eo q*u* sanctū meū violasti in oib̄ offensiōis tuis et in cunctis abominationib̄ tuis ego quoq*z* cōfrigaz. et non p*ec*t oculus me*o* et n̄ miserebor. Tertia ps tui peste moriet et fame cōsimet in medio tui et tertia ps tui in gladio cadet in circuitu tuo. Tertiā vero p*te* tuā in oēz ventū disp̄gā. et gladiū enaginabo p*e*os. et cōplebo furorē meū: et regescere faciam indignationē meā in eis: et cōsolabor. et scient q*u* ego dñs locut*sū* in zelo meo: cū ipse uero oēz indignationē meā in eis. et dabo te indestū et in opprobriū gentib̄ q*u* in circuitu tuo sunt: in cōspectu ois p̄tereūtis. et eris opprobriū et blasphemā exēplū et stupor in gētib̄ q*u* in circuitu tuo sunt cū fecero in te iudicia in furore et in indignationē et in increpatiōib̄ ure q*u* ego dñs locut*sū* q*u* misero sagittas famis pessimas q*u* erunt mortiferre. et q*z* s̄ mutā vt disp̄daz vos: et famē cōgrego sup vos et cōterā in vobis baculū panis. et imittaz in vos famē et bestias pessimas usq*z* ad iterminationē. et pestilētia et sanguis transibunt p*te*. et gladium inducaz sup te. ego dñs locutus sum.

VI.
T fact*o* est fīmo dñi ad me dices. Sili hoīs
e p*o*de faciē tuā ad mōtes israel et p*p*hetab*ad* eos et dices. Mōtes isrl*andite* vīuz dñi dei. Hec dicit dñs de*o* mōtib̄ et collub*rupib̄* et vallib̄. ecce ego inducā sup vos gladiū et disp̄daz excelsa vīa: et demoliar aras vīas et cōfrigēt simulacra vīa. et deiciāz intersectos vīos aī idola vīa. et dabo cadauera filiorū israel aī faciē simulariorū vīorū: et disp̄gā ossa vīa circū aras vīas i oib̄ habitatiōib̄ vīris. Urbes debite erūt et excelsa d*moliēt* et dissipabūt: et interibūt are vīe et cōstrin*gef*: et cessabūt idola vīa. et cōterif delubra vīa: et delebūt opa vīa: et cadet intersect*i* medio vīi et scient q*u* ego sūz dñs. et reliquaz in vobis eos q*u* fuderit gladiū in gētib̄. cū disp̄sero vos in terris et recordabūt mei liberati vīi in gētib̄ ad q*z* capitiū ducti sunt: q*u* cōtriuī cor eorū fornicaōtēs et redēs a me: et oculos eorum fornicaōtēs post ydola sua: et displicebunt sibimet sup malis que fecerāt in vniuersis abominationib̄ illis. et scient q*u* ego dñs nō frustra locut*sū* vt facerē eis malū hoc. Hec dicit dñs de*o*. Percute manū tuā et allide pedē tuū: et die heu ad oēs abominationes malorū dom*o* israel: q*u* gladio fame et peste ruituri sunt: q*u* lōge est. peste moriet*q* aut p*p*pe: gladio coruert*z*: et q*u* relict*z* fuerit et obfessus: fame moriet*z*. et cōplebo indignationē meā in eis. et scient q*u* ego dñs. cū fuerit intersecti vīi in medio idolorū vīorū, in cir-

citu ararū vīaz. in oī colle exēlso. et in cūctis sūmitatib̄ mōtiū. et subi*o*ē lignū nemorosūz. et subi*o*ē vīuersaz quercū frondosaz locū vbi accēde rūt thura redolētia vniuersis idolis suis. et extēda manū meā sup eos. et faciā terrā eorū desolataz et destitutā a desertō de blatha in oib̄ habitatio nib̄ eorū: et scient q*u* ego dominus.

VII.

T fact*o* est fīmo dñi ad me dicens: et tu fili
e hoīs: hec dicit dñs deus terre isrl*. Finis*
venit: venit finis sup q̄tuor plagas. terre
Mūc finis sup te: et imittaz furorē meum in te. et iudicabo te iux*t* vias tuas. et ponā cōtra te oēs abominationes tuas: et non p*ec*t oculus me*o* sup te. et nō miserebor: sed vias tuas ponaz sup te. et abominationes tue in medio tui erūt. et scient quia ego dñs. Hec dicit dñs deus. Afflictio una afflīctio ecce venit. finis venit: finis. euigilauit aduersuz te: ecce venit. Venit cōtritio sup te q*u* habitas in terra. Venit tps. p*p*pe est dies occisionis et nō glorie mōtiū. Mūc depropriquo effūdā irā meā sup te. et cōplebo furorē meum in te. et iudicabo te se cūdū vias tuas. et ponā tibi oīa scelerā tua et nō p*ec*t oculus me*o* nec miserebor: s*z* vias tuas iponā tibi. et abominationes tue in medio tui erūt et scient q*u* ego sū dñs peccātēs. ecce dies. ecce vēt egressa est cōtritio. floruit virga: germinauit superbia. iniquitas surrexit in virgam impietatis. Nō ex eis et nō ex populo: neq*z* ex somitu eorū: et nō erit requies in eis. Venit tempus: appropinquant dies: Qui emit. non letetur. et qui vendit non lugebat. quia ira super omnem populū ei*o* q*u* q*u* vēdit ad id q*u* vēdidit n̄ revertes. et adhuc in viuētib̄ vita eoz. Uiso enī ad oēz multitudinē ei*o* n̄ regredief*z*. et vir i iniquitate vite sue nō cōfortabilē. Canite tuba p*re*parētur oēs et non est qui vadat plenum. Ira enī mea super vniuersum populū eius. Gladius foris pestis et famēs intrinsecus. Qui in agro est gladio morietur: et qui in cūmata*te*. et pestilētia et fame deuorabūt. et saluabuntur qui fuderint ex eis. et erūt in montibus quasi colubē cōuallū: omnes trepidi: vnuſquisq*z* in iniquitate sua. Dēs manus dissoluētur: et oīa genua fluent aquis. et excingēt se cilitiis et opiet os formido. et in oī facie cōfusio: et in vniuersis cōtibus eoz caluitū. Argētū eoz foris p*u*cieſ. et aurū eoz in sterquilū erit. Argētū coru*z* et aurū eoz nō valebit liberare eos: in die furoris domini. Asaz sua nō saturabūt. et vētres eoz nō iplebūt quia scādalū iniquitatis eorū factū est. et ornamētū moniliū suorū in supbia posuerūt. et ymagines abominationū suarū et simulacroz fecerūt ex eo. Propter hoc dedi eis illud in iūdiciā. et dabo illud in manus alienorū ad diripiendum. et impūs terre in predam. et contaminabunt illud. Et auertā faciē meā ab eis et violabūt arcaū meū et introibūt in illud emissarii et p*ta*mīabūt illud. Sac p*re*clusionem q*u* terra plena est iuditio sāguinū et ciuitas plena iniquitate. Et adducam pessi-

finis p*sp* 4^o p*l* 10

Ezechiel.

mos de gentib⁹. et possidebunt domos eoz. et que scere faciam superbiam potentiu⁹. et possidebunt scūaria eoz. Angustia supueniente regret pacem et non erit. Et turbatio super perturbationē veniet. et audit⁹ super auditū. Et querent visionē de propheta. et lex peribit a sacerdote: et consilium a senio⁹. Rex lugebit et principes inducent merore. et manus populi terre perturbabūt. si viā eorum sic faciat eis et sum iudicium eorum iudicabo eos. et sci ent quia ego sum dominus.

L factū est ī anno sexto: in sexto mense ī quinta mensis. ego sedebaz ī domo mea et senes iuda sedebat coram me. Et cecidit ibi super me manus dñi dei. Et vidi. et ecce similitudo quasi aspectus ignis. Ab aspectu lumborum eius et deorsum ignis. et a lumbis eius et sursum quasi aspectus splendoris et visio electri. Et emissā similitudo manus apphēdit me in cincimno capis mei. et eleuavit me spiritus inter celū et terraz. et adduxit me in hierusalem in visione dei iuxta ostium interius. quod respiciebat ad aquilonē. ubi erat statutū idolum zeli ad priuocādū emulacionem. Et ecce ibi gloria dei israel sum visionē quam videram in campo et dixit ad me. Fili hominis leua oculos tuos ad viā aglōmis. et ecce ab aglōmis porte altaris idolum celū in ipso iutroitu. et dixit ad me. Fili hoīs putas ne vides tu qđ isti faciunt abominationes magnas quas domus israel facit hic. ut p̄cūl recedam a scūario meo: et adhuc cōuersus. videbis abominationes maiores. Et iutro duxit me ad ostium atrii. et vidi. et ecce foramē vnu in pariete. Et dixit ad me. Fili hominis fode pie tem. et cum fodissem parietem. apparuit ostium vnum. et dixit ad me. Ingredere et vide abominationes pessimas qđ isti faciunt hic. Et ingressus vidi et ecce omnis similitudo reptiliū et aia hum aboatio et vniuersa domus israel depicta erant in pariete. in circuitu p̄ totū. et septuaginta viri de senioribus dom⁹ isrl et iechonias fili⁹ sapientia stabat in medio eoz statuā annū picturas. et vnuquisqz habebat thribulum in manu sua et vapor nebula de thure consurgebat. et dixit ad me. Certe vides fili hominis que seniores dom⁹ isrl faciunt in tenebris. vnuquisqz in abscondito cubilis sui. Bicūt enim. Nō videt dñs nos. Bere ligat dñs terram. et dixit ad me. Adhuc cōuersus videbis abominationes maiores qđ isti faciunt: et introdūxit me per ostium porte dom⁹ dñi qđ respici ebatur ad aquilonē. et ecce ibi mulieres sedebant plangentes odonidem. et dixit ad me. Certe vidi sti fili hominis. Adhuc puerus videbis abominationes maiores his. Et introdūxit me in atrium domus dñi interius et ecce in ostio templi domini iter vestibulū et altare qđ vigintiquinqz viri dorſa hinc p̄ trātēplū dñi et facies ad orientem et adorabāt ad ortum solis: et dixit ad me. Certe vidisti fili hoīs. Nūqđ leue est h̄s domini iuda ut facerent abominationes istas quas fecerunt h̄s. qđ

replentes terrā iniqtatē conuersi sunt ad irritatū dum me: et ecce applicat ramos ad narces suas. qđ et ego facian in furore: non p̄cer oculus me⁹. nec miserebor: et cum clamauerit ad aures meas vox magna. non exaudiam eos.

.X.

Clamauit in aurib⁹ meis voce magna dicens. Appropinquerūt visitationes vrbis. et vnuquisqz uas intersectōnis hēt in manu sua. et ecce sex viri veniebant de via porte superioris qđ respicit ad aquilonē: et vnuquisqz vas interius in manu ei⁹. Vir quoqz vnu in medio eoz vestit⁹ erat linceis: et attrahēt arū scrip toris ad renes ei⁹ et ingressi sunt et steterūt iuxta altare ereū et gloria dñi isrl assūpta de cherub qđ erat super eum ad limē domiu⁹ et vocauit virū qui indutus erat linceis attramentarium scriptoris habebat in lūbis suis. Et dixit dñs ad eum. Transi per medium ciuitatem in medio hierusalem et signa thau super frontes virorum gementium et dolentium super cūctis abominationib⁹ que sunt in medio eius. et illis dixit audiente me. Transite per ciuitates sequentes eū. et percutebit. Non parcat oculus uester neqz misereamini. se nem. adolescentulum et virginem. parvulū et mulieres interficie usqz ad intermissionem. Omnes autem super quem videritis thau ne occidatis et a sanctuario meo incipite. Ceperunt ergo a viris senioribus qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos. Contamine domū. et implete atria imperfectis. egressi sunt. et percutebant eos qđ erant in ciuitate. et cede cōpleta īmāsi ego ruiqz super faciem meā et clamāl aio. heu heu dñe de⁹. qđ ne disperdas reliquias isrl effūdes furorem tuum super hierusalem. et dixit ad me: Iniquitas domus israel et iuda magna ē nimis valde: et repleta est terra sanguinibus et ciuitas repleta est auersione. Dixerunt enim. Bereligt dominus terram et dominus non videt. Ignit et mens non parcat oculus neqz miserebor. Iaz eorum super caput eoz reddam. et ecce vir qui erat indutus linceis. qui habebat attramentarū in dorso suo. redit verbum dicens. Hec sicut precepisti mihi.

.X.

Et vidi: et ecce in firmamento quod erat super caput cherubī quasi lapis sapphyrus et quasi sp̄s similitudinis solit apparet super eum. Et dixit ad viruz qui indut⁹ erat linceis. et ait. Ingredere in medio rotarum qđ sunt subtus cherubin et imple manum tuam prunis Ignis que sunt inter cherubin. et effunde super ciuitatem. Ingressusqz est in conspectu meo. Cherubin aut̄ stabant a dextris domus eius ingredere retrur vir. et nubes impluit atrium interius. Et eleuata est gloria domini desuper cherub ad limen domus. et repleta est domus nube. et atrium repletum est splendore glorie domini. et sonus alarum cherubin audiebatur vñqz ad atrium exterius. quasi vox dei omnipotentis loquentis.

Quoniam p̄cepisset viro qui induitus erat lineis dicens
sum me ignem de medio rotarū que sunt inter ehe
rubin: ingressus ille stetit iuxta rotam. et extendit
cherub manus de medio cherubin ad ignē qui
erat inter cherubin. et sumpsit et dedit in manus
eius qui induitus erat lineis: quod accipies egressus
est. et apparuit in cherubin similitudo manus ho
minis subtus penas eorum. et vidi. et ecce quattuor
rote iuxta cherubin. Rota una iuxta cherub unum
et rota alia iuxta cherub unum. Species autem ro
tarum erat quasi visio lapidis chrysolithi. et aspe
ctus carū similitudo una quattuor: quasi si sit ro
ta in medio rote. Quoniam ambularent. in quattuor
partes gradiebantur ambulantes. sed ad locū ad quē
ire declinabat que prima erat: sequebantur et cetera
nec reuertebantur. et omne corpus earum et colla et
manus et penes et circuli plena erat oculis in cir
cūtu quattuor rotarum. et rotas istas vocavit
volubiles audiente me. Quattuor autem facies
habebat unus. Facies una facies cherub. et facies
secunda facies hominis. et in tertio facies leonis et
in quarto facies aquile. et elevata sunt cherubini:
ipm est animal quod videraz iuxta flumen chobar
Quoniam ambularet cherubin ibat pariter et rote iux
ta ea. et cum eleuaretur cherubin alas suas ut exaltare
tur de terra. non residebant rote. sed et ipse iuxta
erant. Stantib⁹ illis stabant. et cum eleuatis cleua
bunt. Spiritus enim vite erat in eis. et egressa est
gloria domini a limine templi. et stetit super cherubin. et
elevatio cherubini alas suas exaltata sunt a ter
ra coram me: et illis egreditur. rote quoque subse
cute sunt. et stetit in introitu porte domus domini ori
entalis. et gloria dei israel erat super eos. Ipsius est
aial quod vidi super deum israel iuxta flumen chobar
et itellexi quod cherubin esset. quatuor per quatuor vultus
vni et quatuor ale vni. et similitudo manus hominis sub
alis eorum. et similitudo vultuum eorum: ipsi vultus quos
videram iuxta flumen chobar et intuitus eorum et impe
tus singulorum. ante faciem suam ingredi. XI.

Eleuauit me spiritus. et introduxit me ad
e portas dom⁹ domini orientalem quod respicit ad sol
ortum. et ecce in introitu porte viginti quinq⁹
viri: et vidi in medio eorum iechonias filius azur. et
pheltia filius banae principes populi. Dixitque ad
me: Fili hominis: hi sunt viri qui cogitant iniqutates. et
tractant consilium pessimum in vrbe ista dicentes: Non
ne dudum edificate sunt dom⁹? Hic est lebes: nos
autem carnes. Idcirco vaticinare de eis vaticinare
fili hominis. et irruit in me spiritus dom⁹: et dixit ad me
Loquere. Hec dicit dominus. Sic locuti estis dom⁹ isra
el. et cogitationes cordis vestri ego novi. Plurimos
occidistis in vrbe hac. et implestis vias eius inter
fectis. Propterea hec dicit dominus. Interfecti vestri
quos posuistis in medio eius: hi sunt carnes. et hec est
lebes. et educā vos de medio eius. Gladii metui
stis et gladii inducaz super vos dicit dominus deus. et
eiusmodi vos de medio eius. Vobisque vos in manum
hostium. et facias in vobis iudicia. Gladio cadetis.

In finibus israel iudicabo vos: et scietis quod ego do
minus. Hec non erit vobis in liberetate: et vos non eritis
in medio eius in carnes. In finibus israel iudicabo
